

ANNATAE
E REGNO HUNGARIAE
PROVENIENTES
IN ARCHIVO SECRETO
VATICANO
1421–1536

AKADÉMIAI KIADÓ, BUDAPEST

Annatae e regno Hungariae
provenientes in Archivo Se-
creto Vaticano
1421—1536

Series Annatarum Archivi Se-
creti Vaticani est pars fundi ar-
chivalis, qui prodierat a Came-
ra Apostolica rem pecuniariam
Sanctae Sedis administranti. In
voluminibus 136 ad nostra tem-
pora superantibus taxae persol-
vendae pro minoribus beneficiis
(praepositura, archidiaconatus,
dignitates capitulorum, canoni-
catus et praebenda, parochiae
maiores, praelatura monasteri-
orum) conscriptae sunt, quorum
collatio approbationi summi
pontificis solummodo reservata
est, sed auctoritatem consistorii
cardinalium non exegerunt (be-
neficia non consistorialia). Sum-
ma taxarum solvendarum sem-
per secundun redditum annalium
constituta est. Praesens editio
continet 239 documenta sub K.
1—234. enumerata, quae ad di-
oeceses Hungaricas spectant et
inter annos 1421—1536 conscrip-
ta sunt. Haec non solum fontes
locupletissimae rerum pecunia-
riarum sunt, sed ad historiam
ecclesiasticam, ad historiam so-
cietas atque ad cultum huma-
num civilemque in Hungaria me-
diaevali etiam data opportunis-
sima suppeditant.



AKADÉMIAI KIADÓ
BUDAPEST

ANNATAE
E REGNO HUNGARIAE PROVENIENTES
IN ARCHIVO SECRETO VATICANO

1421—1536

*

A MAGYARORSZÁGI EGYHÁZMEGYÉK
JAVADALMAINAK ANNÁTÁI

1421—1536

A MAGYAR ORSZÁGOS LEVÉLTÁR KIADVÁNYAI
PUBLICATIONES ARCHIVI NATIONALIS HUNGARIAE

II.

FORRÁSKIADVÁNYOK — FONTES

Sorozat-főszerkesztő: Varga János — Iohanne Varga redactore

21.

ANNATAE
E REGNO HUNGARIAE
PROVENIENTES
IN ARCHIVO SECRETO
VATICANO
1421—1536

Edidit

JOSEPHUS KÖRMENDY

Editionem redigerunt et indices composuerunt

KINGA KÖRMENDY et BÉLA HOLL



AEDIBUS ACADEMIAE SCIENTIARUM HUNGARICAE
BUDAPESTINI MXM

**ANNATAE
E REGNO HUNGARIAE
PROVENIENTES
IN ARCHIVO SECRETO
VATICANO**

1421—1536

Kiadta

KÖRMENDY JÓZSEF

A kiadást gondozta és a mutatókat összeállította

KÖRMENDY KINGA és HOLL BÉLA



AKADÉMIAI KIADÓ · BUDAPEST 1990

Megjelent a „Kulturális és történelmi emlékeink feltárása, nyilvántartása és kiadása”
program támogatásával a Magyar Országos Levéltár gondozásában

ISBN 963 05 5870 X

Kiadja az Akadémiai Kiadó


Első kiadás: 1990

© Köröndy József, Köröndy Kinga, Holl Béla · 1990
Minden jog fenntartva

Printed in Hungary

TABULA EORUM QUAE IN HOC LIBRO CONTINENTUR
TARTALOMJEGYZÉK

Praefatio — Előszó	7
Opera breviato titulo memorata — Rövidítve idézett művek	9
Abbreviationes — Rövidítések	11
Proemium	15
Bevezetés. A magyarországi egyházmegyék javadalmainak annátái 1421– 1536	25
Textus annatarum — Forrásszövegek	33
Ordo librorum Annatarum annotationes Hungarian spectantes continenti- um — Az annatae-sorozat magyarországi adatokat tartalmazó kötetei- nek áttekintése	113
Tabulae chronologicae bullarum — Az adományozó bullák időrendi átte- kintése	121
Index personarum et locorum — Személy- és helynévmutató	131



PRAEFATIO

Materiam huius editionis, fructum investigationis mensium quattuordecim, anni 1982–1983 stipendiatus Pontificii Instituti Ecclesiastici Hungarici in Urbe, dein aestate anni 1987 privatus collegi. Cuius operae condiciones facultatemque Cardinalis quondam Ladislaus Lékai, archiepiscopus Strigoniensis mihi praestavit; etiam hoc beneficio optavit primas ille Ecclesiae Catholicae Hungaricae continuare labores ad historiam ecclesiasticam spectantes, quos Vilhelmus Fraknói iam paene ante centum annos incepérat et propriis sumptibus aluerat. Initio investigationum mearum Ludovicus Pásztor, professor universitatis, tabularius Archivi Secreti Vaticani animum convertit meum ad seriem Annatarum, divitem quidem documentis ad res Hungariae spectantibus, parum tamen cognitam; cui gratias maximas ago pro consiliis salubribus mihi indesinenter datis. In textibus colligidis et prima lectione comparandis P. Damianus Siminecz O. F. M. Conv. et P. Caesar Cenci O. F. M. mihi affuerunt. Iván Borsa, emeritus vice-director generalis Archivi Nationalis Hungarici, sua cum abundanti peritia in re diplomatica atque in investigatione me in publicando hoc fonte magni momenti adiuvit. Revisendis comparandisque textibus ad publicationem praeparatis ac componendis Proemio atque Indicibus Kinga Körmendy et Béla Holl operam navaverunt. Quibus omnibus hac vice grates maximas ago.

In villa Felsőörs, die festo Paschæ anni 1990.

Iosephus Körmendy

ELŐSZÓ

E kiadvány anyagát Rómában 1982-ben és 1983-ban a Pápai Magyar Intézet (Pontificium Institutum Ecclesiasticum Hungaricum in Urbe) ösztöndíjasaként, majd 1987 nyarán magánúton – összesen tizennégy hónapi kutatómunka eredményeként – gyűjtöttem össze. Ehhez a lehetőséget és a feltételeket néhai Lékai László bíboros, esztergomi érsek biztosította számomra. A magyar katolikus egyház primása ezzel is folytatni kívánta Fraknói Vilmosnak közel egy évszázada kezdeményezett és saját költségén támogatott egyháztörténeti munkáját. Kutatásaim kezdetén Pásztor Lajos professzor, az Archivio Segreto Vaticano levél-tárnoka irányította figyelmemet az Annatae-sorozat magyar adatokban gazdag és csak kevessé ismert sorozatára; köszönöm, hogy munkámat hasznos tanácsaival mindvégig segítette. A gyűjtés során, a szövegek első olvasásánál P. Damian Siminecz lengyel minorita és Cesare Cenci olasz ferences atyák voltak segítségemre. Borsa Iván, a Magyar Országos Levéltár nyugalmazott főigazgató-helyettese gazdag diplomatiaili ismeretével és kutatói tapasztalatával támogatott e jelenősnek ítélt forráskiadvány megjelentetésében. A kiadásra előkészített szövegek ismételt ellenörzésében, összeolvasásában, a Bevezetés és a Mutatók elkészítésében Körmendy Kinga és Holl Béla voltak munkatársaim. Valamennyüknek ezúton mondok köszönetet.

Felsőőrsön, 1990. Húsvét ünnepén

Körmendy József

OPERA BREVIATO TITULO MEMORATA

RÖVIDÍTVE IDÉZETT MŰVEK

- Áldásy = Áldásy Antal: Regeszták a vatikáni levéltárkból. (A. Áldásy: *Regesta ex Archivo Vaticano*). Történelmi Tár (*Thesaurus Historicus*) (1895) 286–288.
- Baix = Baix, François: *La Chambre Apostolique et les „Libri annatarum” de Martin V (1417–1431). — I^e partie. Introduction et Textes.* Bruxelles–Rome 1947.
— II^e partie. *Tables (1^{er}, 2^e fascicule).* Par André Uyttenbronck. Bruxelles–Rome 1955–1960. *Analecta Vaticano–Belgica. Première série. Vol. XIV.*
- Beke = Beke Antal: Római emlékek a magyar egyház XV-ik századi történetéből. (A. Beke: *Documenta Romana historiae ecclesiasticae Hungariae saeculi XV.*) Történelmi Tár (*Thesaurus Historicus*) (1900) 1–15.
- Brouette = Brouette, Émile: *Les „Libri annatarum” pour les pontificats d’Eugène IV à Alexandre VI. IV. Pontificats d’Innocent VIII et d’Alexandre VI (1484–1503).* Bruxelles–Rome 1963. *Analecta Vaticano–Belgica. Première série. Vol. XXIV.*
- Czaich I = Czaich Ádám Gilbert: *Regesták a római Dataria-levéltárnak Magyarországra vonatkozó bulláiból II. Pál és IV. Sixtus pápák idejéből.* (A. G. Czaich: *Regesta ex bullis tempore Pauli II et Sixti IV in Hungariam missis, quae Romae in Archivo Datariae servantur.*) Budapest 1899.
- Czaich II = Czaich Ádám Gilbert: *Regesták VII. Ince pápa korából.* (A. G. Czaich: *Regesta tempora papae Innocentii VII illustrantia.*) 1484–1492. Történelmi Tár (*Thesaurus Historicus*) (1902) 511–527.
- Czaich III = Czaich Ádám Gilbert: *Regesták VI. Sándor pápa korából.* (A. G. Czaich: *Regesta tempora papae Alexandri VI illustrantia.*) Történelmi Tár (*Thesaurus Historicus*) (1904) 161–181.
- Érdújhelyi = Érdújhelyi Menyhért: *Kutatásaim a római levéltárakban.* (M. Érdújhelyi: *Inquisitiones in archivis urbis Romae.*) Budapest 1896.
- Eubel I–III = (Vol. I.) *Hierarchia catholica Medii Aevi, sive summorum pontificum S. R. E. cardinalium, ecclesiarum antistitum series ab anno 1198 usque ad annum 1431 perducta.* Monasterii 1898.
Vol. II. *Hierarchia catholica Medii Aevi... ab anno 1431 usque ad annum 1503 perducta.* Monasterii 1901.
Vol. III. *Hierarchia catholica Medii Aevi... Volumen tertium saeculum XVI ab anno 1503 complectens... Editio altera quam curavit Ludovicus Schmitz-Kallenberg.* Monasterii 1923.
- Fraknói = Fraknói Vilmos: *Oklevéltaár a magyar királyi kegyúri jog történetéhez.* (V. Fraknói: *Diplomatarium illustrans historiam iuris patronatus regii Hungariae.*) Budapest 1899.

- Frenz = Frenz, Thomas: Die Kanzlei der Päpste der Hochrenaissance (1471–1527). Tübingen 1986. Bibliothek der deutschen Historischen Institut in Rom. Bd. 63.
- Kollányi = Kollányi Ferencz: Esztergomi kanonok 1100–1900. (F. Kollányi: Canonici Strigonienses 1100–1900.) Esztergom 1900.
- Lukcsics I-II = Lukcsics Pál: XV. századi pápák oklevelei. (P. Lukcsics: Diplomata summi-
rum pontificum saeculi XV.) I-II. Budapest 1931–1938. (Olaszországi Ma-
gyar Oklevéltař I-II. — Monumenta Hungariae Italica I-II.)
- MREV III-IV = Monumenta Romana Episcopatus Vesprimiensis. Vol. III–IV. Edidit: Iose-
phus Lukcsics. Budapest 1902–1907.
- Theiner = Theiner, Augustinus: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illus-
trantia maximam partem nondum edita ex tabulariis Vaticanis deprompta,
collecta ac serie chronologica disposita. I-II. vol. Romae 1859–1860.

ABBREVIATIONES


RÖVIDÍTÉSEK

Abbreviationes etiam ut formae declinatae, secundum rationem contextus, intellegi possunt (exempli gratia: app. = apostoli, apostolorum). — A rövidítések feloldása a szöveg értelme szerint ragozott formában is történhet (például: app. = apostoli, apostolorum).

abbr.	= abbreviator
adiac.	= archidiaconus, achidiaconatus
aep.	= archiepiscopus
Agr.	= Agriensis
alt.	= altare, altarista
Annatae	= libri Annatarum (semper cum numeris singulorum voluminum)
annat.	= annata
ap.	= apostolus, apostolicus
app.	= apostoli
B.	= Beata
Bach.	= Bachiensis
B. M. V.	= Beata Maria Virgo
cam.	= camerarius
Cam. Ap.	= Camera Apostolica
can.	= canonicus
can. preb.	= canonicus prebendatus, canonicatus et prebenda
cap.	= capella, capellanus, capellania
card.	= cardinalis
cath. eccl.	= cathedralis ecclesia
Cenad., Chenad.	= Cenadiensis
cf.	= confer
cist.	= cisterciensis
civ.	= civitas
cler.	= clericus
coll.	= collati, collatorum
colleg. eccl.	= collegiata ecclesia
Coloc.	= Colocensis
com. ex.	= communis existimatio
comm.	= commendator
del.	= deletum (hoc est: quod scriptor delevit)
diac.	= diaconus
dioc.	= diocesis
eccl.	= ecclesia
ed.	= editio
el.	= electus episcopus
ep.	= episcopus

eppi.	= episcopi
ev.	= evangelista
fl.	= florenus
Iaur.	= Iauriensis
ibid.	= ibidem
Id.	= Idus
Kal.	= Kalendae
lect.	= lector
litt.	= litterae
loc.	= locus
mand.	= mandatum, mandatur
mon.	= monasterium
Nitr.	= Nitriensis
Non.	= Nonae
N.	= Numerus (in enumeratione articulorum singulorum huius operis)
m.	= numerus
O.	= Ordo
O. Cist.	= Ordo Cisterciensium
O. F. M.	= Ordo Fratrum Minorum (franciscanorum)
O. P.	= Ordo Praedicatorum (dominicanorum)
O. Prem.	= Ordo Praemonstratensium
O. S. B.	= Ordo S. Benedicti
O. S. P. P. E.	= Ordo Fratrum S. Pauli Primi Eremitae (paulinorum)
op. cit.	= opus citatum
par.	= parochia
par. eccl.	= parochialis ecclesia
patr.	= patrocinium
pleb.	= plebanus, plebania
prep.	= praepositus, praepositura
prep. eccl.	= praeposituralis ecclesia
presb.	= presbyter
proc.	= procurator
Queeccl.	= Quinqueecclesiensis
quit.	= quittantia
rect.	= rector, rectoria
reg.	= regesta
S.	= Sanctus
sc.	= scilicet
Sirm.	= Sirmiensis
sq.	= sequens
sqq.	= sequentes
SS.	= Sancti
Strig.	= Strigoniensis
suppl.	= supplicatio
tit.	= titulus, titularis
Transilv.	= Transilvanensis
v.	= vide
Vac., Wac.	= Vaciensis

vac.	= <i>vacantis, vacantium</i>
Varad., Warad.	= <i>Varadiensis</i>
Vespr., Wespr.	= <i>Vesprimiensis</i>
Zagr.	= <i>Zagrabiensis</i>



PROEMIUM

Praesens editio fontium continet documenta, quae in serie *Annatarum Archivi Secreti Vaticani* (ASV) ad dioeceses Hungaricas spectant, et inter annos 1421–1536 scripta sunt. Ipsa series pars est fundi archivalis, qui prodierat a Camera Apostolica, rem pecuniariam Sanctae Sedis administranti.¹

Camera Apostolica procuravit rem pecuniariam Curiae Romanae, cuius redditus e variis tributis constiterunt atque pretiis persolutis pro bullis a Cancellaria Apostolica editis. Status officii Cameræ Apostolicae exaedificabatur, prout ratio reddituum postulabat. Actus eius cardinalis camerarius direxit. Clerici cameræ providerunt litteris scribendis, pactionibus faciendis et rationibus conficiendis. Habuit proprium collegium iudicum ad causas decernendas, atque officiales (procuratores), qui providerent bullis collationum a Cancellaria transmissis. Commercium pecuniae universe argentarii Italici exsecuti sunt, quorum procuratores (mercatores curiae) in Curia Romana egerunt. Thesaurarius, qui thesaurum Cameræ Apostolicae administravit, camerario oboedivit. Litteris conscribendis notarii scriptoresque vacaverunt.²

Camera Apostolica administravit taxas, pretia videlicet pro nominatione praelatorum et minoribus beneficiis persoluta. De praelatis nominandis summus pontifex cardinalesque, qui consistorio eius rei gratia convocato interfuerunt, decreverunt; quae beneficia consistorialia nuncupata sunt; annotationes autem de taxis pro nominatione persolvendis in serie *Servitia nuncupata* (hodie: Obligationes) conscriptae sunt.

In voluminibus autem Annatarum taxae pro minoribus beneficiis persolven-
dae conscriptae sunt, quae auctoritatem consistorii non exegerunt (beneficia non
consistorialia), quorum tamen collatio approbationi summi pontificis reservata
est (reservatio). Huiusmodi beneficia fuerunt: praepositurae, archidiaconatus,
dignitates capitulorum (lectoria, cantoria, custodiatus), caponicatus et praeben-

¹ Descriptio archivalis seriei Annatarum: ASV, Camera Apostolica, Annatae 1421–1797; 1–136. vol.; Indice 1043/I–III, compilato 1951. — Bibliographia: Fink, Karl August: Das Vati-kanische Archiv. Einführung in die Bestände und ihre Forschung. Rom 1951², 55; Pásztor, Lajos: Archivio Segreto Vaticano. Estratto da Guida delle fonti per la storia dell'America Latina negli archivi della Santa Sede e negli Archivi ecclesiastici d'Italia. Città del Vaticano 1970, 40–41. (Collectanea Archivi Vaticani 2.); Érszegi Géza: A Curia Romana középkori levéltárai. (G. Érszegi: Archiva mediaevalia Curiae Romanae.) Levéltári Szemle (Acta Archivalia) 28 (1978) 330.

² Handbuch der Kirchengeschichte. Hrsg. von Hubert Jedin. III/2. Die mittelalterliche Kirche. Zweiter Halbband: Vom kirchlichen Hochmittelalter bis zum vorabend der Reformation. Freiburg–Basel–Wien 1968, 336–337, 419–420. — Fink op. cit. 45–48.

da, parochiae maioris reditus atque beneficia praelatorum (abbatum, priorum) quorundam monasteriorum claustrorumve, quorum pretium, id est reditus annuatim excessit 24 florenos auri. Beneficiatus bullam pontificalem, quae eum in possessione nova beneficii vacantis (restitutio) confirmaret, persoluto dimidio reditus primi anni recepit. Actum collationis confirmationisque cum re pecunaria esse coniunctum significat etiam nomen „annatae” (annualia, annalia), in medio aevo sic definitae: „Annata, seu medii fructus primi anni”.³

Qui taxae solvendae modus ad tempora papae Innocentii III (1198–1216) referri potest. Etiam nomen usque a medio saeculo XIII in usu erat. Eo tempore, quo summus pontifex in Avenione sedem habuit (1305–1378), taxae a nominationibus ortae firmos atque inevitabilis reditus Curiae, simul primas partes gubernandi Sedis Apostolicae stabiliverunt. Obligationem atque modum solutionis interdum decreta papalia et synodalia ordinaverunt. Anno 1306 papa Clemens V dimidium redditum primi anni beneficiorum Angliae, Scotiae et Hiberniae ad usum Curiae reservavit. Hic modus exactionis continue molestiam attulit, cuius rei signum fuit, quod anno 1311 in synodo Viennensi Galliae contradictum ei est. Sed anno 1318 papa Ioannes XXII onus hoc iterum toti ecclesiae imposuit, excepta Gallia.⁴

Etiam pretia pro beneficiis minoribus solvenda saeculo XIV constituebantur. Post annum 1326 illis beneficiis minoribus cum reservatione donatis hoc onus impositum est, quorum proventus annuus plus quam 6 florenis aestimatus est. Bonifatius IX decreto die 9 Nov. 1389 edito limitem inferiorem proventus anni in 24 florenis aureis definivit, quae lex etiam tempore insequentи valuit.

Constitutio „Ad regimen ecclesiae” Benedicti XII, edita die 11 Ian. 1335, accurate descripts modum collationis beneficiorum solutionisque taxarum. Quae constitutio, tractans omnia momenta praecipua usus Cameræ Apostolicae, etiam praescripta officialibus re tractanda occupatis data, inserta est collectioni publicae consuetudinis fori ecclesiasticae, quae etiam saeculis insequentibus valuit.⁵

Synodus Constantiensis oecumenicus (1414–1418), quae magnum schisma ecclesiae sustulit, in sessione 25 finem solutioni annatarum imposuit, donec unio integra ecclesiae restitueretur. Postea papa Martinus V, a synodo electus, decreto die 20 Ian. 1418 edito iterum ordinavit administrationem redditum Curiae Romanae, et solutione annatarum redintegrata cum delegationibus singularum nationum, quae synodo interfuerunt, concordavit de modo solvendi. Reditum 24 florenos auri excedens — nominatis generibus nummorum, quibus reditum redimi posset — in ordinatione papae Martini V anno 1418 edita applicatum bullis sine obligatione, videlicet beneficiis taxa non oneratis, sequentibus verbis describitur: „... super beneficiis quorum fructus etc., XXIV librarum turonensis parvarum seu florenorum auri, vel IV marcarum argenti puri communi existimatione valorem annum non excedunt”.⁶

³ Handbuch der Kirchgeschichte op. cit. 420–421.

⁴ Lexikon für Theologie und Kirche. Bd. I. Freiburg i. Bg. 1957², 575. — Lexikon des Mittelalters. Bd. I. München–Zürich 1980, 662.

⁵ Corpus Iuris Canonici. Ed. Aemilius Fridberg. Editio Lipsiensis secunda. Pars II. Lipsiae 1881, 1266–1267. (Extravagantes communes, Liber tertius, Titulus II., cap. XIII.)

⁶ Baix CCLXVI–CCLXVIII. — Cf.: Concilium Constantiense, 21 Martii 1418, Sessio XLIII: De reformatione ecclesiae; in: Conciliorum Oecumenicorum Decreta (ed. J. Alberigo, J. A.

Inde a primo anno pontificatus Martini V, reverso eo in Urbem, ad recensendas taxas beneficiorum minorum papae reservatorum et ad consistorii provinciam non pertinentium Camera Apostolica novam rationum seriem componere incepit, quae hodie Annatae nuncupantur. Quae in forma hodierna in 136 voluminibus indicia annorum 1421–1797 continet. Haec series una cum aliis documentis Sanctae Sedi, quae praesertim ad gubernandam urbem Romanam atque civitatem pontificiam spectant, post Italiam unitam (1871) tranctanda tradita est Archivo Rei Publicae Romae (Archivio di Stato di Roma). Pars documentorum magnae quantitatis anno 1919 Sanctae Sedi reddita est; quae a viris doctis saepe nomine collectivo „Fondo dell’Archivio di Stato di Roma” laudatur. Volumina 135 seriei Annatarum, in Archivo Rei Publicae servata, extrinsecus numeris 1662–1796 graphio scriptis signata erant. Accedit volumen Alexandri VI ex annis 1497–1498, numero 1117 signatum, quod perperam seriei Resignationum (Rassegni) adjunctum est; quod idem est ac volumen hodie signo Annat. 42. signatum. In secundo decennio nostri saeculi volumina 136 numeris Annat. 1.–Annat. 136. donata sunt. Extra has duas notarum series, quae aeo recentiori debentur, in dorsis voluminum incolium inscriptio saeculis XVII–XVIII orta titulum veterem seriei (Divers., Diversa, Libri diversorum), nomen summi pontificis regnantis atque annum, quo documenta facta sunt, indicavit. Viri docti, tam externi quam patrii seriem Annatarum saepe inscriptionibus superius descriptis, nonnunquam autem numeris quattuor notarum Archivi Rei Publicae Romae attulerunt. De primis septuaginta tribus voluminibus seriei, quae etiam indicia annorum 1421–1536 ad Hungariam spectantia continent, in calce huius editionis conspectus docet, qui *Ordo librorum Annatarum annotationes Hungariam spectantes continentium* inscribitur.⁷

In singulis voluminibus Annatarum in folio 1^r plerumque numerus ordinarius secundum annos regiminis summorum pontificum et nomen papae leguntur. Exempli gratia initio Annat. 33. = voluminis 1694: „Primus annatarum Innocentii papae VIII”; initio sequentis Annat. 34. = voluminis 1695 autem: „Tertius annatarum Innocentii papae VIII”. Numerus continuus archivalis et inscriptio interna ergo indicant inter haec duo volumina exstisset quondam alterum, sed aliquando amissum esse. Adiutorio inscriptionum internalium atque datorum incipientium concludentiumque annotationum, quae in voluminibus leguntur, etiam ceterorum desideratorum vestigia reperiri possunt, quae in conspectu superius laudato similiter indicantur. Cum ergo quantitatem indiciorum ad Hungariam spectantium aestimare aggredimur, ante oculos habere debemus seriei, ad periodum praesentis editionis spectantis, quasi dimidium tantum superesse.⁸

Partitio voluminum singulorum Annatarum plerumque eadem est; quodvis eorum ex duabus partibus principalibus constat:

Dosetti, P. P. Joannou, C. Leonardi, P. Prodi, consultante H. Jedin), Bologna 1973³, 449–450.
– Concilium Basiliense, 9 Iunii 1435, Sessio XXI; in: Conciliorum Oecumenicorum Decreta op. cit. 488–489.; Helmuth, Johannes: Das Basler Konzil 1431–1449. Köln–Wien 1987, 346. (Kölner Historische Abhandlungen 32.)

⁷ MREV III, p. CXVII–CXIX; Fink op. cit. 54–55; Pásztor op. cit. 41.

⁸ De extantibus perditisque voluminibus seriei Annatarum: Emil Göller: Untersuchungen über das Inventar des Finanzarchiv der Renaissancepäpste (1447–1521). In: Miscellanea Francesco Ehrle. Vol. V. Roma 1924, 259–262. (Studi e testi 41.); Baix XII.; Brouette VI.

1. Obligationes super annata, id est chirographum, quod de taxa pro beneficio solvenda conscriptum est ratione bullae, quae postulanti beneficium iam confecta erat, sed apud Cameram Apostolicam adhuc retinebatur. Quae obligationes in singulis voluminibus ordine chronologico positae sunt.

2. Bullae restitutae sine obligationibus, id est index bullarum, quas Camera Apostolica sine taxa debita edidit, item ordine chronologico dispositus.

Ambae partes voluminum diversa indicia continent, ad quae bene intellegenda requiritur, ut breviter tangamus, quomodo beneficia indulta fuerint.⁹ Petitionem in scripta forma supplicationis procurator apud Curiam Romanam agens mandatumque a petenti habens, vel alia persona simile mandatum habens (procuratoriali nomine) tradidit officio Cancellariae Apostolicae. Supplicationem summus pontifex vel qui ab eo mandatum habuit (cancellarius, vicecancellarius) aestimavit et approbatam manu propria signavit; deinde ascripta est dies approbationis. Secundum hanc conscripta est bulla collationalis, et persoluta est taxa pro beneficio debita. Post haec bulla Camerae Apostolicae tradita est. Quid deinde actum esset, ex annotationibus Annatarum cognosci potest, ubi separatis annotatae sunt causae beneficiorum cum obligationibus et beneficiorum sine obligationibus.

Quod ad obligationes super annata attinet, in hac parte indicia sequentia inveniuntur, quae ex bulla in forma abbreviata transumpta sunt. Annotatio ipsa in suo toto chirographum (obligatio) est, quod ex die dati incipit. Postea legi potest nomen dignitasque eius, qui nomine et mandato beneficiati obligationem in se recipientis (principalis) vice eius obligationem in se recipit vel pro eo spondet (procurator), atque mentio litterarum mandantium (instrumentum publicum). Deinde accurate denominatur beneficium et dioecesis. Reditus annuus in marcis argenti vel florenis auri, rarius in alio genere nummi constitutus est, et quidem seu secundum aestimationem publicam Camerae Apostolicae (de camerae existimatione), seu secundum aestimationem communem (de communi existimatione).¹⁰ Annotatur etiam causa vacationis beneficii (obitus extra curiam, resignatio, permutatio, privatio, promotio, etc.). Annotationem ad beneficium spectantem plerumque datum bullae depositae concludit.

Textum obligationum ad annatam spectantium nonnunquam sequuntur annotationes de modo solutionis. Beneficiatus enim vel eius procurator bullam collationis non nisi persoluta summa taxae Apostolicae Camerae accepit. Sed debitum suum transferre ad aliam personam fide dignam (procurator) potuit vel mandare argentariis, qui in Curia Apostolica re pecuniaria occupabantur (mercatore, societas).¹¹ Beneficiatus per procuratores etiam prolationem diei habere

⁹ Processus publicos taxarum pro beneficiis solvendarum exemplis ex annatis dioecesium Bataviae erutis uberius demonstrat: Baix, Ière partie, Introduction XV–XXVII (obligatio), XLVI–CXV (formulae textuum annatarum), CXV–CXX (proventus beneficiorum), CXXII–CXXIX (modus collationis beneficiorum, causae vacationis), CCLXXXVI–CCCXVI (formulae bullarum). Cf.: Frenz 69–72.

¹⁰ Ex diversis generibus nummorum, exempli gratia, florenus Hungaricus invenitur: N. 122, 147, 154; marca sterlingorum: N. 118; „„XXIV librarum turonensium parvarum seu floreno-rum auri”, quos statutum papae Martini V nominat: N. 129, 132, 140, 160, 204.

¹¹ In solutione taxarum pro beneficiis Hungaricis raro usi sunt mensarii Italicis, plerumque proprios procuratores elegerunt, partim ex officialibus Curiae. Textus allati annatarum etiam de officialibus Hungaricis in Curia Apostolica agentibus indicia suppeditant. Sic, exempli

potuit, quae plerumque ab uno ad sex menses se extendebat, et nunquam exces- sit diem possessionis (a die habitae possessionis). Extra annotationes, quae ad hanc rem spectaverunt, margini sinistro paginae ascripserunt nomen dioecesis, in qua beneficium vacans, de quo agebatur, inveniebatur. Hoc in loco raro legi potuit annotatio marginalis de forma collationis vel munere beneficiati.¹² In dextro autem margine saepe legi possunt commentaria de summa persoluta, de relatione summae acceptae; de accepti latione (quittantia) et eius relatione in Librum quittantiarum.¹³

Ab omnibus his bene distingui possunt relationes de bullis „sine obligationibus”, quae in altera parte voluminum Annatarum inveniuntur. Ista ad collationes beneficiorum spectant, quae immunia annatae persolvendae fuerunt, vel ex causa iure praestita, vel propter pretium exiguum beneficii.¹⁴ Istis desunt annotationes ad rem pecuniariam spectantes aliaque commentaria marginalia.

Praesens editio ambo genera annotationum Annatarum in unicam seriem ordinata continet, chronologiam scilicet sequens datorum annotationum.

In primis 73 voluminibus Annatarum ex annis 1421–1536 in 236 capitulis inveniuntur 241 indicia ad 17 dioeceses Hungaricas spectantia; et quidem ad Zagabiensem 40, Vesprimensem 38, Strigoniensem 31, Quinqueecclesiensem 29, Iauriensem 22, Varadiensem 21, Agriensem 16, Transilvanam 9, Bachensem 8, Vaciensem 8, Chenadiensem 6, Colocensem 4, Bosnensem 3, Nitriensem 3, Milchoviensem 1, Nandoralensem 1, Sirmiensem 1.

Qui numeri inferiores sunt eis, qui ad dioeceses Germanicas, Gallicas vel Anglicas spectant.¹⁵ Cuius rei causa est, quod beneficia Hungarica pauperiora erant, exiguaque pars eorum debebat solvere annatam. Exempli gratia nominamus dioecesim Vesprimensem, quae populosa erat et cum aliis comparata multis indicis decorata est; in ea, ut scimus, beneficia praepositurae Veteris Budae et Superiorum Aquarum Calidarum, capituli collegiati regalis Albae Regiae, beneficia aliquot ecclesiae Vesprimensis, praepositura de Felsőrs et parochia de Köveskál debebant annatam solvere.¹⁶

gratia, procuratorem Hungaricum invenimus: N. 90, 117, 119. Beneficiatus ipse suscipit obligationem et satisfacit ei: N. 148, 158. Solutio per argentariam: N. 167, 171, 173. Officiales Hungarici: Dionisius de Hene litterarum apostolicarum scriptor (N. 63A–B), Magister Michael de Leweld procurator Sacre Penitentiarie (N. 77, 83), Mattheus Sass apostolicus notarius (N. 138), Georgius Policarpus litterarum apostolicarum scriptor (N. 142).

¹² Annotationes marginales: Prothonotariatus (N. 152), Exemptio (N. 175), Pensio pro cardinali (N. 179), Pro cardinali (N. 222).

¹³ Exemplum: N. 161. — Cf.: Lukcsics József: Középkori pápai adókönyvek. (Libri tributorum papalium mediæ aevi.) Budapest 1908, 18, 26. — Mayer Béla: Pápai bankárok szerepe Magyarországon a középkor végén. (Quomodo argentarii apostolici in Hungaria fine mediæ aevi egerint.) Századok (Saecula) 57–58 (1923–1924) 648–668.

¹⁴ Exempla casuum, in quibus solutiones remissae sunt: Quia infra taxam (N. 118), Nec ascendet summam (N. 159), Confirmatio unionis (N. 47), Absolutio a censuris (N. 143), Dispensatio a presbitericidio (N. 145), Absolutio a homicidio (N. 163), Dispensatio ab homicidio (N. 165), Hospitalitas (N. 128), „Perinde valere” (N. 162, 217), Exemptio (N. 175), Quia non debet solvere (N. 190).

¹⁵ F. Baix op. cit. e temporibus papae Martini V regesta annatarum 1099, E. Brounette op. cit. e periodo intra annos 1484–1503 regesta annatarum 700 publicavit.

¹⁶ Körmendy József: A vesprémi egyházmegye a középkor végén az annáták tükrében. (I. Körmendy: Dioecesis Vesprimiensis exeuntis mediæ aevi, docentibus annatis.) In: A Dunántúl

Raritatem indiciorum ostendit etiam, quod 73 voluminum, quae hodie e dicto temporis spatio exstant, tantum in 60 inveniuntur annatae ad Hungariam spectantes. Post annum autem 1536 in 63 voluminibus adhuc exstantibus eiusmodi indicia non inveniuntur. In annis, qui cladem apud Mohács acceptam (a. 1526) secuti sunt, indicia semper rariova fiunt, deinde omnino desiderantur. Cuius rei causarum una fuit, quod Turci regnum adorti sunt occupaveruntque. Notum est Sedem Apostolicam sumptibus belli partim pecunia numerata subvenisse, partim remissione debitorum solvendarum, sic annatarum et, quae adhuc maioris momenti fuerunt, servitiorum, taxarum scilicet pro collationibus praeflatorum solvendarum.¹⁷ Quod solutio annatarum prorsus finita est, adiumento fuit decisio concilii Tridentini, lata autumno anni 1563 in sessione 24, qua scilicet vetitum est beneficia dioecesana (episcopalia), cathedralia vel parochialia, quorum redditus annui 1000 vel 100 ducatos non excederent, reservationibus vel annatis onerari.¹⁸

Seriem Annatarum superioribus temporibus tres viri docti Hungari noverunt ex eaque indicia ad Hungariam spectantia variis ex rationibus collegerunt. Meinhardus Érdughelyi anno 1895, Franciscus Kollányi annis 1893 et 1897, Iosephus Lukcsics initio huius saeculi investigavit hanc seriem, quae eo tempore in Archivo Rei Publicae Romae servabatur. Qui stipendiati Instituti Historici Hungarici Romani, a Vilhelmo Fraknói fundati, Romam Archivumque Vaticanum adire potuerunt.¹⁹ Collectiones suas sub diversis formis publicaverunt.

Meinhardus Érdughelyi indicia ab ea eruta sub titulo „Inquisitiones in archivis urbis Romae” in anno 1896 periodici, quod Katholikus Szemle (Acta Catholica)

településtörténete VI. (Historia coloniarum Transdanubii VI.) Veszprém 1984, 45–53. Pécsi Akadémiai Bizottság — Veszprémi Akadémiai Bizottság. Értesítő. (Commissio Academica Quinqueecclensis — Commissio Academica Vesprimiensis. Acta scientifica.)

¹⁷ Anno 1466 papa ducatos 10.000, anno 1471 ducatos 18.000 per Medicos transmisit ad adiuvandam expeditionem contra Turcos (B. Mayer op. cit. 668). Taxam, quae pro possessione episcopatus Vesprimiensis debebatur, Curia Romana die 12 Februarii 1502 remisit pro ultima tertia parte 40.000 florenorum, ad adiuvandam expeditionem regis Uladislai II contra Turcos donatorum (MREV IV, p. 108, N. XCIII). Indicia reliqua: Theiner, Augustinus: Vetera monumenta slavorum meridionalium historiam illustrantia I. Romae 1863. N. DCCCXLVII, DCCCLXXXVII, DCCCXCVI, DCCCCV–DCCCCVII.

¹⁸ Concilium Tridentinum, 11 Novembris 1563, Sessio XXIV: Decretum de reformatione, Canon XIII; in: Conciliorum Oecumenicorum Decreta op. cit. 768. — Cf.: Ganzer, Klaus: Das Konzil von Trient und die Annaten. In: Römische Kurie. Kirchliche Finanzen. Vatikanisches Archiv. Studien zu Ehren von Hermann Hoberg. Hrsg.: Erwin Gatz. Roma 1979, 215–247. (Miscellanea Historiae Pontificiae vol. 45–46.)

¹⁹ Institutum intra anno 1895–1907 fungebatur. Unum ex quinque locis Fraknói obtulit Academiae Scientiarum Hungaricae, etiam de sumptibus ad sustentationem instituti necessariis adiuvante Academia conabatur providere, finaliter rei publicae Hungaricae id donavit. Post difficultates primi belli generalis sublatas, anno 1924 novo nomine Instituti Historici Romani actionem redintegravit, dum res stipendiarias pecuniariasque Commissio Historica Romana Academiae suscepit. Adiutorio huius commissionis editum est opus duorum voluminum Pauli Lukcsics (Lukcsics I-II). Historiam foundationis instituti a Vilhelmo Fraknói factae conscripsit Ludovicus Pásztor: L’Istituto Storico Ungherese a Roma e il vescovo Vilmos Fraknói. Archivio della Società Romana di Storia Patria 100 (1977) 143–166 (etiam in separato). De conexione Instituti Academiaeque Scientiarum Hungaricae Susanna I. Fráter: A Magyar Tudományos Akadémia állandó bizottságai 1854–1949. (Commissiones perpetuae Academiae Scientiarum

inscribitur, dein etiam in separato publicavit, inter quae regesta annatarum ad Hungariam spectantium ex annis 1461–1484. (Cf.: Erdujhelyi op. cit.)

Franciscus Kollányi in relatione itineris sui, „Folia Romana” inscripta, (Strigonii 1900) primum commemoravit se etiam volumina annatarum investigare potuisse. Collectionem separate non edidit; indiciis ab eo inventis in opere „Canonici Strigonienses 1100–1900” (Strigonii 1900) inscripto usus est. (Cf.: Kollányi op. cit.)

Iosephus Lukcsics indicia ad annatas historiamque ecclesiasticam spectantia, quae ex documentis in Archivo Vaticano reservatis eruit, in voluminibus III–IV editionis fontium Monumenta Romana Episcopatus Vesprimiensis inscriptae (allatae abbreviatione: MREV) publicavit. Primus ille conatus est perspicere etiam seriem Annatarum, qui labor ob condicione inordinatam Archivi Rei Publicae Romae integrum successum non habuit. Indagationes tamen in Archivo Vaticano et Archivo Rei Publicae Romae factae divitem cognitionem fontium ei suppeditarunt principiaque sunt cunctarum posteriorum indagationum ad administrationem curiae Romanae et Camerae Apostolicae, praesertim ad rationem beneficiorum et modum atque fontes historicos taxarum solvendarum spectantium, quod Hungariam attingit.²⁰

Indagatores Hungarici antea praesertim e seriebus „Regesta supplicationum”, „Regesta Datariae seu Lateranensis” et „Regesta Vaticana” inscriptis Archivi Vaticani collegerant indicia, quae etiam in periodo Annatarum ad Hungariam spectarent. Ex quibus fontibus excerpta petitionum et libellorum pro beneficiis datorum (supplications), bullarum donationalium atque summam brevem seu textum integrum concessionum ad indulgentias et consecrationes sacerdotum spectantium publicaverunt in periodicis, fere in annis „Történelmi Tár” (Thesaurus Historicus). Quae omnia documenta sunt processus publici, qui solutionem annatarum praecedebat sequebaturve, et apte illustrant totam seriem concessionis beneficiorum.²¹

Fundamenta indagationum historiae concessionis beneficiorum Paulus Lukcsics iecit, qui labores Instituti Historici Hungarici Romani anno 1907 interrupsos, mandatum a Commissione Historica Academiae Scientiarum Hungaricae habens, continuavit, et annis 1923–1924 ex voluminibus regestorum supplica-

Hungaricae 1854–1949) Budapest 1974, 251–262. (A Magyar Tudományos Akadémia Könyvtárának Közleményei 70 — Publications Bibliothecae Academiae Scientiarum Hungaricae 70.) Ob quam conexionem Instituti Academiaeque autographum notitiaque editionis a Paulo Lukcsics praeparatae devenerunt in collectionem manuscriptorum Bibliothecae Academiae Scientiarum Hungaricae (MTAK, Ms 10.656, 10.657, 10.658). Etiam Antonius Beke Academiae donavit materiam collectam indagationum suarum (Regesta supplicationum papae Innocentio VIII factarum. 1484–1492. Romae 1898–1899. MTAK, Ms 4949/1).

²⁰ Tractatus Iosephi Lukcsics, quem fontibus Vaticanis usus scripturus erat (Magyarországi egyházmegyék papsága a középkorban a pápai adókönyvek szerint — De sacerdotibus dioecesis Hungariae mediæ aëvi secundum libros tributorum papales; cf.: MREV IV, p. CIX–CXI) non est publicatus (cf.: P. Lukcsics op. cit. I, 18). Indicia seriei Annatarum ad Hungariam spectantia copiam suppeditant ad fructus particulares habendos, quos in tractatu separato collecturi sunt redactores voluminis praesentis. Ad elaborationem integrum modorum beneficiorum in Hungaria mediaevali requiritur, ut ceteri etiam fontes Vaticani publicentur. Ut deinde indagationes in territoria historiarum societatis atque cultus humani civilisque extendantur, munus obeundum est studiorum medii aëvi domesticorum.

²¹ Cf.: opera laudata A. Áldásy, A. Beke et A. G. Czaich.

tionum bullarumque Lateranensium atque Vaticanarum, tempore Martini V, Eugenii IV et Nicolai V editorum (1417–1455), collegit indicia ad Hungariam spectantia, eaque edidit in duobus voluminibus. In tractatu primo volumini praeposito modum, quo supplicationes traditae absolutaeque fuissent, earumque structuram internam et externam exposuit. Magna pars indiciorum ab eo publicatorum ad annatas pertinet.²²

In publicatione praesenti semper mentio fit indiciorum a praedecessoribus superius dictis publicatorum, quae ad annatas spectant.

E serie Annatarum hucusque unica editio facta est, quae legibus artis responderet. Duo investigatores historiae, sodales Instituti Historici Belgici Romani (Institut Historique Belge de Rome), Franciscus Baix et Aemilius Brouette inter annos 1955–1963 in serie *Analecta Vaticano-Belgica* inscripta publicaverunt regesta annatarum ex annis 1417–1431 atque 1484–1503 dioecesum Cameracensis, Leodiensis, Morinensis et Tornacensis.²³ (Materia annorum desideratorum nondum publicata est.) Proemium operis eorum atque modum tractandae materiae summatim sequimur in hac collectione multo pauperiore edenda. In hac re ab eis maxime discrepamus, quod indicia ad Hungariam spectantia, exceptis aliquot abbreviationibus, loco regestorum publicantur. In textu edendo secuti sumus regulas, quas Societas Historicorum Hungarica de publicandis fontibus Latinis mediī aevi edixit.²⁴

Annotationes, quae singulos textus annatarum sequuntur et in infimis paginis collocantur, continent sequentia:

- a. Editionem (ed.) priorem, vel regestum (reg.) prius.
- b. Editionem litterarum (suppl., bullia), quae in administratione publica cum annatis coniunctae sunt.
- c. Personam nomenque episcoporum dioecesanorum et titularium secundum opus Conradi Eubel *Hierarchia catholica* inscriptum (laudatum: Eubel I–III).
- d. Officiales Cancellariae Apotolicae et Camerae Apostolicae nominaque, quae im voluminibus Annatarum inveniuntur, secundum laudata opera Francisci Baix et Thomae Frenz.

In his quattuor generibus annotationum reperiuntur formae nominum personarum locorumque, quae a litteratura antiquiore citatae atque in fontibus usitatae sunt, formae nominum Hungaricae, lectiones variantes et lectiones erroneae, quae in litteris leguntur. Indices serviant ad cognoscendam tractandamque connexionem indiciorum. Eadem rationes valent in componendo Indice personarum et locorum, qui totum opus comprehendit ordineque alphabeticō continet omnia nomina personarum locorumque, quae in textibus annatarum inveniuntur, nec non cunctas variantes et identificationes nominum. Nomina locorum in forma moderna non exprimuntur, nisi identificatio eorum certa est; plus certiusque in ea re dicere topographiae est. Rationibus historiae culturae mediī aevi Hunga-

²² Cf.: notam n. 19. et introductionem operis laudati P. Lukcsics.


²³ F. Baix op. cit., É. Brouette op. cit. — Cf.: *Acta Pontificum Danica* (1316–1536). I–VII. København 1904–1943. (Publicat etiam annatas aliquot.)

²⁴ A Magyar Történelmi Társulat forráskiadási szabályzatai. (Regulae fontium edendorum Societatis Historiae Hungaricae.) Melléklet a Századok 1920. évi folyamához. (Appendix anni 1920. periodici Saecula inscripti.) Budapest 1920, 22–24. — Cf.: Györffy György: Nemzetközi oklevélkiadási szabályzat. (G. Györffy: Regulae internationales litterarum edendarum.) Levéltári Közlemények (Acta Archivalia) 51–52 (1980–1981) 102.

ricae ante oculos habitis, hic index indicat patrocinia, quae in textibus annatarum inveniuntur, ostenditque, quem ad ordinem religiosorum quaeque abbatiae, monasteria atque personae pertinuerint. Eodem consilio enumerantur beneficia cathedralia secundum ordinem dignitatum capitularium. Quod ad beneficiatos canonicos attinet, distinctio „canonici” atque „canonicatus” et „praebendae” secundum verba annatarum significat etiam id e fontibus erui posse, quae fuissent beneficia canonicalia in periodo inter annos 1421–1536 ad solutionem taxae obligata.

Extra indicem accedit editioni praesenti *Ordo librorum Annatarum annotationes ad Hungariam spectantes continentium*, in quo signa nova veteraque, volumina desiderata seriei, data annotationum in eis contentarum atque concordantia cum numeris praesentis editionis quoque inveniuntur. Finaliter separatim, secundum calendarium Gregorianum, enumerantur data chronologica litterarum bullarumque in textibus annatarum allatarum, quae testantur collationem beneficiorum (*Tabulae chronologicae bullarum*).

Latine redditiv Iván Boronkai



BEVEZETÉS

A MAGYARORSZÁGI EGYHÁZMEGYÉK JAVADALMAINAK ANNÁTÁI 1421–1536

E forráskiadvány az Archivio Segreto Vaticano (ASV) Annatae-sorozatának a magyarországi egyházmegyékre vonatkozó és az 1421–1536 közötti évekből való adatait tartalmazza. Ez az iratsorozat része a pápaság pénzügyeit intéző Camera Apostolica munkája során keletkezett levéltári fondnak.¹

A Camera Apostolica a Curia Romana anyagi ügyekért felelős hivatala, amelynek bevétele a különböző adókból és a Cancellaria Apostolica által kiállított oklevelekért (bullae) járó illetékek ből adódott. A bevételek kezelésével fejlődésével alakult ki hivatali szervezete. A Camera Apostolica tevékenységét a bíboros camerarius irányította. A levelezés, a szerződéskötések, a számadások ellenőrzése a clerici camerae hatáskörébe tartozott. A vitás kérdések eldöntésére külön bírói hivatala, a Cancellariából átadott adományozó bullák képviseletére pedig megbízott ügyvívó személyzete (procuratores) volt. A pénzforgalom gyakorlati bonyolítása általában az itáliai bankházak útján történt, amelyeknek megbízottai (mercatores curiae) a Római Kúriában működtek. A Camera Apostolica pénztárának kezelője, a thesaurarius a camerariusnak tartozott felelősséggel. Az írásbeli tevékenységet külön hivatalnokok (notarii, scriptores) végezték.²

A Camera Apostolica hatáskörébe tartozott a pápaktól adományozott főpapi kinevezésekért és a kisebb egyházi javadalmakért járó fizetési kötelezettség, az illeték kezelése. A főpapi kinevezések a pápa és az illetékes konzisztóriumban résztvevő bíborosok döntésétől függtek; ezeket konzisztoriális javadalmaknak (beneficia consistorialia) nevezzük; a kinevezéskor esedékes illetékre vonatkozó feljegyzéseket a hivatal Servitia (ma: Obligationes) elnevezésű iratsorozatában vezették.

Az Annatae köteteibe viszont az olyan kisebb javadalmak után fizetendő illetéket jegyezték be, amelynek adományozásához nem volt szükség a konzisztórium jóváhagyására (beneficia non consistorialia), az adományozás azonban a pápa jóváhagyásának volt fenntartva (reservatio). Ilyen javadalmak voltak a prépostságok (praepositurae), a főesperességek (archidiaconatus), a káptalan méltóságok

¹ Az Annatae-sorozat levéltári leírása: ASV, Camera Apostolica, Annatae 1421–1797, 1–136. vol.; mutatója: Indice 1043/I–III. (compilatio 1951). — Irodalom: Fink, Karl August: Das Vatikanische Archiv. Einführung in die Bestände und ihre Forschung. Rom 1951², 55; Pásztor, Lajos: Archivio Segreto Vaticano. Estratto da Guida delle fonti per la storia dell'America Latina negli archivi della Santa Sede e negli Archivi ecclesiastici d'Italia. Città del Vaticano 1970, 40–41. (Collectanea Archivi Vaticani 2.); Érszegi Géza: A Curia Romana középkori levéltárai. Levéltári Szemle 28 (1978), 330.

² Handbuch der Kirchengeschichte. Hrsg. von Hubert Jedin. III/2. Die mittelalterliche Kirche. Zweiter Halbband: Vom kirchlichen Hochmittelalter bis zum Vorabend der Reformation. Freiburg–Basel–Wien 1968, 336–337, 419–420. — Fink op. cit. 45–48.

(dignitates; lectoria, cantoria, custodiatus), a kanonoki praebenda (canonicatus et praebenda), a nagyobb jövedelmű plébániák és egyes szerzetesházak, monostorok előljáróinak (abbas, prior) javadalma, ha ezeknek értéke, vagyis az évi jövedelme a 24 aranyforintot meghaladta. A javadalmat a megüresedett javadalom újra való be-töltéséhez (restitutio) szükséges megerősítést tartalmazó pápai iratot, bullát az első évi jövedelem felének befizetése után kapta meg. Az adományozási és megerősítési eljárásnak pénzügyi vonatkozását jelzi az „annata” (annualia, annalia) elnevezés is, amit a középkori formula így határozott meg: „Annata, seu medii fructus primi anni”.³

Az illetékfizetésnek ez a módja III. Ince pápa (1198–1216) idejére vezethető vissza. Az elnevezés is a XIII. század közepétől használatos. A pápaság avignoni korszakában (1305–1378) a kinevezések után járó illetékek a kúriának biztos és nélkülvilágítottan jövedelmi forrást jelentettek, és egyben az egyház központi kormányzását is biztosították. Kótelező voltát és a fizetés módját időről időre pápai és zsinati határozatok szabályozták. 1306-ban V. Kelemen pápa a Kúria részére három évre lefoglalta az angliai, skóciai és írországi javadalmak első évi jövedelmének felét. Az adózás e módját kísérő folytonos elégedetlenséget jelzi, hogy 1311-ben a Vienne-i zsinaton tiltakoztak ellene. 1318-ban XXII. János azonban ismét három évre az egész egyházra — Franciaországot kivéve — kiterjesztette ezt az igényt.⁴

A kisebb javadalmak pénzbeli értékelése is a XIV. század folyamán alakult ki. 1326-tól a kótelezettség azokat a reservatioval juttatott kisebb javadalmakat terhelte, amelyeknek évi jövedelmét 6 forintról többre becsülték. Ezt IX. Bonifác az 1389 november 9-én kelt dekrétumával 24 aranyforintban szabta meg, ami a következő korszakban is érvényben maradt.

XII. Benedek 1335 január 11-én kelt „Ad regimen ecclesiae” kezdetű konstituciójában részletesen szabályozta a javadalmak adományozását és az illetékek befizetésének módját. Rendelete, amely a Camera Apostolica gyakorlatának minden lényeges mozzanatát, még az ügyvitelt bonyolító tiszviselőkre vonatkozó előírásokat is tartalmazta, bekerült az egyházi jogszokásoknak a következő évszázadban is érvényes hivatalos gyűjteményébe.⁵

A nagy egyházsakadást felszámoló konstanzi egyetemes zsinat (1414–1418) a 25. ülésen előbb az egyház egységének teljes visszaállításáig megszüntette az annáták fizetését. Utóbb a zsinaton megválasztott V. Márton pápa 1418 január 20-án kelt dekrétumában újra szabályozta a Római Kúria jövedelmeinek kezelését, és az annáták fizetését felújítva annak módjára vonatkozólag a zsinaton jelen lévő nemzeti képviselőkkel országoknál külön-külön konkordátumokat kötött. A 24 aranyforintot meghaladó érték az átszámítások alapjául szolgáló pénznemek megnevezésével V. Márton pápa 1418-ban kelt szabályzatában a bullae sine obligatione, tehát illetékkel nem terhelt javadalmak esetére alkalmazva így olvasható: „...super beneficiis quorum fructus etc., XXIV librarum turonensium parvarum seu florenorum auri, vel IV marcarum argenti puri communi existimatione valore annum non excedunt”.⁶

³ Handbuch der Kirchengeschichte op. cit. 420–421.

⁴ Lexikon für Theologie und Kirche. Bd. I. Freiburg i. Bg. 1957², 575. — Lexikon des Mittelalters. Bd. I. München-Zürich 1980, 662.

⁵ Corpus Iuris Canonici. Ed. Aemilius Fridberg. Editio Lipsiensis secunda. Pars II. Lipsiae 1881, 1266–1267. (Extravagantes communes, Liber tertius, Titulus II., cap. XIII.)

⁶ Baix CCLXVI–CCLXVIII. — Cf.: Concilium Constantiense, 21 Martii 1418, Sessio XLIII: De reformatione ecclesiae; in: Conciliorum Oecumenicorum Decreta (ed. J. Alberigo, J. A.

Annatae 8, f. 43v.

Lukcsics II, n. 614 (suppl. 14 Martii 1439, Marinus de Liechtunwald acolytus Aquileiensis dioc.; Clemens de Raschina rector par. eccl. B. Mariae V. de Thuhdo Zagr. dioc.).

111.

Dicta die [= 26 Iunii 1439] Andreas de Themeswar canonicus ecclesie Alberegallis Vesprimiensis diocesis ut principalis et privata persona obligavit se camere nomine Stephani de Bik super annat. prepositure ecclesie Beate Marie Alberegallis dicte diocesis cuius fructus etc. centum marcharum argenti com. ex. vac. per promotionem domini Benedicti ad ecclesiam Iaurensem. Coll. eidem Florentie anno ut supra XVII Kal. Iulii anno nono [= 15 Iunii 1439].

[In margine sinistro:] Vesprimiensis.

Annatae 8, f. 62v.

Reg.: MREV III, p. 108, n. CLXXV. — MREV III, p. 107, n. CLXXIII (bulla, Büki István, Stephanus de Bik protonotarius cancellarie regni Hungarie); MREV IV, p. 435, n. CCCLXIV (quit. 27 Iunii 1439, Biki István). — Lukcsics II, n. 650 (bulla).

112.

Dicta die [= 26 Iunii 1439] prefatus Andreas ut supra⁷⁶ obligavit se camere nomine Sebastiani de Rada super annat. archidiaconatus de Cucullo in ecclesia Transilvanensi, cuius fructus etc. viginti marcharum argenti com. ex. vac. per assecutionem dicte prepositure⁷⁷ per prefatum Stephanum⁷⁸ factam vel fiendam. Coll. eidem ut supra anno etc. die quibus supra.⁷⁹

[In margine sinistro:] Transilvanensis.

Annatae 8, f. 62v.

Reg.: MREV III, p. 108, n. CLXXV (in notis marginalibus). — MREV III, p. 107, n. CLXXIV (bulla, Sebastianus de Rada can. eccl. B. Marie Alberegialis). — Lukcsics II, n. 651 (bulla).

113.

Dicta die [= 14 Julii 1439] Clemens Remigii principalis obligavit se camere super annat. archidiaconatus Mossonensis in ecclesie Iauriensi cuius fructus etc. sexaginta florenorum auri de camera com. ex. vac. per obitum quondam Dominici de Kouachy extra curiam defuncti. Coll. eidem Florentie anno ut supra V^{to} Id. Martii anno nono [= 11 Martii 1439].

[In margine sinistro:] Iauriensis.

Annatae 8, f. 68r.

Lukcsics II, n. 612 (bulla, Clemens Remigii can. Iaur., can. preb. et custos eccl. Coloc.); cf.: N. 9.

114.

Dicta die [= 3 Augusti 1439] Bruccius de Gywla principalis obligavit se camere super annat. canonicatus et prebende ac cantorie ecclesie Bachiensis quorum fructus etc. octuaginta [octoginta] (del.: librarum auri) florenorum auri com. ex. vac. per liberam resignationem Georgii de Gyak causa permutationis fiendam. Coll. eidem Florentie anno etc. MCCCCXXXVIII^o VIII^o Id. Iulii anno nono [= 8 Iulii 1438].

[In margine sinistro:] Bachiensis.

Annatae 8, f. 71v.

115.

Dicta die [= 8 Aprilis 1440] Valentinus de Sanctovito principalis obligavit se camere super annat. prepositure ecclesie Vesprimiensis cuius fructus etc. ducentorum quinquaginta florenorum auri com. ex. vac. per obitum quondam

⁷⁶ Andreas de Themeswar canonicus ecclesie Alberegialis diocesis (cf.: N. 111.).

⁷⁷ ecclesie Alberegialis (cf.: N. 111.).

⁷⁸ Stephanus de Bik (cf.: N. 111.).

⁷⁹ Florentie anno ut supra XVII Kal. Iulii anno nono [= 15 Iunii 1439]; cf.: N. 111.

Nicolai de Liptowia extra curiam defuncti. Coll. eidem Florentie anno etc. MCCCCXXXVIII VII Kal. aprilis anno decimo [= 26 Martii 1440].

[In margine sinistro:] Vesprimiensis.

Annatae 8, f. 124v.

Reg.: MREV III, p. 111, n. CLXXXIII. — MREV III, p. 110, n. CLXXXI (bulla, Szentvidi Bálint); ibid. IV, p. 436, n. CCCLXV (quit. 13 Aprilis 1440, Szentvidi Bálint). — Lukcsics II, n. 677 (suppl. 26 Martii 1440).

116.

Dicta die [= 8 Aprilis 1440] Valentinus de Thata principalis obligavit se camere super annat. archidiaconatus Zaladiensis in ecclesia Vesprimiensis cuius fructus etc. centum et viginti florenorum auri com. ex. vac. per assecutionem prepositure dicte ecclesie per Valentimum de Sanctovito fiendam. Coll. eidem Florentie anno ut supra VII Kal. Aprilis anno decimo [= 26 Martii 1440].

[In margine sinistro:] Vesprimiensis.

Annatae 8, f. 124v.

Reg.: MREV III, p. 111, n. CLXXXIV. — MREV III, p. 110, n. CLXXXII (bulla, Tatai Bálint can. Vespr., Valentinus de Sanctovito adiac. Zaladiensis in eccl. Vespr.); ibid. IV, p. 436, n. CCCLXVI (quit. 13 Aprilis 1440, Tatai Bálint, Valentinus de Tata adiac. Zaladiensis in eccl. Vespr.). — Lukcsics II, n. 678 (suppl. 26 Martii 1440).

117.

Dicta die [= 8 Aprilis 1440] Valentinus de Thata procurator et nomine procuratorio, prout publico instrumento constabat, obligavit se camere nomine Pauli Ladislai de Naghessenow super annat. canoniciatus et prebende ecclesie Vesprimiensis quorum fructus etc. quinquaginta florenorum auri com. ex. vac. per obitum quondam Nicolai de Liptowia extra curiam defuncti. Coll. eidem (del.: anno) Florentie anno ac die quibus supra.⁸⁰

[In margine sinistro:] Vesprimiensis.

Annatae 8, f. 124v.

Reg.: MREV III, p. 111, n. CLXXXIV. — MREV III, p. 109, n. CLXXX (bulla, Paulus Ladislai de Naghessenow cler. Cenad. dioc.). — Lukcsics II, n. 676 (suppl. 26 Martii 1440, Paulus Ladislai de Nagbessenaw cler. Cenad. dioc.).

118.

Die XI eiusdem [= 11 Maii 1440] una bulla cum forma iuramenti pro Gregorio super monasterio Sancti Nicolai de Erchy Cisterciensis ordinis Vesprimiensis diocesis cuius fructus etc. trium marcharum Sterlingorum com. ex.

Restituta sine obligatione quia infra taxam.

Annatae 8, f. 324v.

Ed.: MREV III, p. 113, n. CLXXXVIII.

⁸⁰ Florentie anno ut supra VII Kal. Aprilis anno decimo [= 26 Martii 1440]; cf. N. 116.

119.

Die XXIII eiusdem [= 23 Ianuarii 1441] Iohannes Karschau decretorum doctor procurator et nomine procuratorio, prout publico instrumento constabat, obligavit se camere nomine Martini de Gurckfeld super annat. canonicatus et prebende ecclesie Zagrabiensis ac archidiaconatus de Waska in eadem quorum fructus etc. quadraginta trium marcharum argenti com. ex. vac. per modum nove provisionis. Coll. eidem Florentie anno etc. MCCCCXL pridie Non. Ianuarii anno decimo [= 4 Ianuarii 1441].

Item prefatus Iohannes tamquam principalis promisit solvere dictam annatam infra octo menses.

[In margine sinistro:] Zagrabiensis.

Annatae 8, f. 193v.

Lukcsics II, n. 707 (suppl. 29 Novembris 1440, Martinus de Gurckfeld pleb. eccl. par. Tiffers Aquileiensis dioc.); cf. ibid. n. 712. — Cf.: Lukcsics II, n. 694 (Iohannes Karschaw).

120.

Dicta die [= 3 Iulii 1441] Andreas Petrzicowicz principalis obligavit se camere super annat. archidiaconatus Camercensis in ecclesia Zagrabiensi cuius fructus etc. sexdecim marcharum argenti com. ex. vac. per privationem Iohannis Pakonsteyn fiendam. Coll. eidem Florentie anno etc. MCCCCXLI Kal. Martii anno decimo [= 1 Martii 1441].

[In margine sinistro:] Zagrabiensis.

Annatae 8, f. 234r.

Lukcsics II, n. 709 (suppl. 10 Decembris 1440, Andreas Petziconicz can. eccl. Zagr., abbreviator litterarum apostolicarum, Iohannes Bakensteyn); cf. ibid. n. 713 et 747.

121.

Dicta die [= 16 Martii 1442] Tadeus de Tervisio⁸¹ ut principalis et privata persona obligavit se camere nomine Andree Caza super annat. prepositure ecclesie Sancti Nicolai extra muros oppidi Alberegalis Vesprimiensis diocesis cuius fructus etc. viginti marcharum argenti com. ex. vac. per modum nove provisionis. Coll. eidem Florentie VI Id. Augusti anno undecimo [= 8 Augusti 1441].

[In margine sinistro:] Vesprimiensis.

Annatae 8, f. 294v.

Reg.: MREV III, p. 119, n. CC. — MREV III, p. 116, n. CXCV (bulla, Kaza András, Andreas Caza can. Coloc.). — Lukcsics II, n. 733 (suppl. 8 Augusti 1441, Andreas dictus Caza cantor et can. eccl. Coloc.); cf. ibid. n. 734 et 739.

122.

Dicta die [= 13 Aprilis 1446] Petrus Paulus prepositus Albinganensis ut principalis etc. obligavit se camere nomine Silvestri Nicolai de Pogram super an-

⁸¹ Litterarum sacre penitentiarie scriptor (cf.: MREV IV, p. 436, n. CCCLXVIII).

nat. canonicatus et prebende ac custodie ecclesie Quinqueecclesiensis quorum omnium fructus etc. quinquaginta florenorum auri de Vngaria com. ex. vac. per obitum Petri de Kaproncha extra curiam defuncti. Coll. eidem Rome apud Sanctum Petrum anno Iesu nativitatis tertio Non. Aprilis anno XV^o [quinto decimo] [= 3 Aprilis 1445].

[In margine sinistro:] Quinqueecclesiensis.

[In margine dextro:] Solvit ex compositione florenorum XX [viginti].

Annatae 10, f. 6r.

Lukcsics II, n. 840 (suppl. 27 Martii 1445, Silvester Nicolai de Pogran presb. Nitr. dioc.); cf. ibid. n. 843.

123.

Dicto [sic] die [= 2 Iunii 1446] una bulla pro Marino Georgii de Liechtuwald super custodia ecclesie Zagrabiensis cuius fructus octo marcharum. Restituta sine obligatione quia alias fecit obligationem et erat duplicita hec bulla de anno VII^o [septimo] [= 13 Ianuarii 1438].

Annatae 10, f. 213v.

Cf.: N. 106.

124.

Dicto [sic] die [= 20 Iunii 1446] Iohannes Iohannis de Vrban principalis obligavit se camere super annat. prepositure ecclesie Bachiensis cuius fructus etc. centum et triginta duorum florenorum auri de camera com. ex. Coll. eidem per modum si neutri Rome apud Sanctum Petrum anno Iesu nativitatis sexto Id. Iunii anno XVI^o [sexto decimo] [= 8 Iunii 1446].

[In margine sinistro:] Bachiensis.

Annatae 10, f. 29r.

Lukcsics II, n. 854 (suppl. 5 Iunii 1445, Iohannes Orban can. eccl. Bach.). — Cf.: N. 136.

125.

Dicto [sic] die [= 29 Iulii 1446] Paulus Derslai de Glowino principalis obligavit se camere super annat. prepositure ecclesie Sancti Iohannis Baptiste in Castro Quinqueecclesiensi cuius fructus etc. centum florenorum auri de carera com. ex. vac. per promotionem domini Andree electi Quinqueecclesiensis.⁸² Coll. eidem Rome apud Sanctum Petrum anno Iesu MCCCCXLV^o quarto Id. Iunii anno XV^o [quinto decimo] [= 10 Iunii 1445].

[In margine sinistro:] Quinqueecclesiensis.

Annatae 10, f. 42r.

Lukcsics II, n. 855 (bulla, Paulus Derslai de Glowino cler. Plocensis); ibid. n. 876 (suppl. 27 Novembris 1445, pro prolongatione termini litterarum apostolicarum expediendarum, Paulus Derslai de Glowino studens Paduae de iure canonico, scolaris eccl. collegiae Lauticensis).

⁸² Andreas de Kálnó (cf.: Eubel II, 242).

126.

Die XV eiusdem [= 15 Octobris 1446] Marinus Selnicza principalis obligavit se camere super annat. prepositure ecclesie Orodiensis Cenadiensis diocesis cuius fructus etc. triginta marcarum argenti com. ex. vac. per resignationem Pauli de Emewd in curia factam. Coll. eidem Rome apud Sanctum Petrum anno Iesu nativitatis tertio Non. Aprilis anno XVI^o [sexto decimo] [= 3 Aprilis 1446].

[In margine sinistro:] Cenadiensis.

[In margine dextro:] In curia.

Annatae 10, f. 65v.

Lukcsics II, n. 891 (suppl. 3 Aprilis 1446, Marinus de Selmeza cler. Aquileiensis dioc. litterarum apostolicarum abbreviator).

127.

Dicto [sic] die [= 20 Octobris 1446] Paulus de Emewd principalis obligavit se camere super annat. prepositure ecclesie Vesprimiensis cuius fructus etc. triginta octo marcarum argenti com. ex. vac. per promotionem domini Thome ad ecclesiam Agriensem. Coll. eidem Rome apud Sanctum Petrum anno Iesu MCCCC^o XLVI^o tertio Non. Aprilis anno sextodecimo [= 3 Aprilis 1446].

[In margine sinistro:] Vesprimiensis.

Annatae 10, f. 66v.

Reg.: MREV III, p. 128, n. CCXIX. — Lukcsics II, n. 891 (suppl. 3 Aprilis 1446, Paulus de Emewd praepositus Oradiensis Cenad. dioc., Thomas Debrente).

128.

Die dicta [= 20 Februarii 1460] una bulla pro Martino Michaele de Nag-Wath super rectoria hospitalis beate Elisabeth vidue nuncupata in ecclesia Quinqueecclesiensis cuius fructus etc. quinquaginta florenorum auri de camera vac. per resignationem Barnabe Michaelis extra curiam factam fuit restituta de mandato dominorum quia observatur hospitalitas etc.

[In margine sinistro:] Quinqueecclesiensis.

Annatae 12, f. 204r.

Cf.: MREV III, p. 158, n. CCLXV.

129.

Die XVI eiusdem [= 16 Iunii 1460] Stephanus Petrus Andree canonicus (del.: T) Strigoniensis ut principalis etc. obligavit se camere nomine Stephani Ordinis Minorum professoris, abbatis super annat. monasterii Beate Marie de Gotho Cisterciensis Ordinis Quinqueecclesiensis diocesis cuius fructus etc. quadraginta librarum Turonensium parvarum etc. vac. per obitum Urbani extra curiam defuncti. Sub dato Macereti Senensis diocesis quarto Kal. Iunii anno II [secundo] [= 29 Maii 1460].

[In margine sinistro:] Quinqueecclesiensis.

[In margine dextro:] Dicta die solvit ex compositione florenorum XVII [septendecim] patet ad introitum. A. restituta quia.

Annatae 12, f. 144v.

Cf.: Kollányi p. 105 (Péter István, András fia); Érdújhelyi p. 7, n. 22.

130.

Die XXIIII eiusdem [= 24 Iulii 1460] Demetrius de Jakozerdahel principalis obligavit se camere super annat. et fructibus male perceptis archidiaconatus Warasdiensis in ecclesia Zagrabiensi cuius fructus etc. sex marcharum argenti vac. per obitum Georgii extra curiam defuncti et quem detinuit per annum et ultra et sub dato Senis X Kal. Maii anno secundo [= 22 Aprilis 1460].

[In margine sinistro:] Zagrabiensis.

[In margine dextro:] Dicta die solvit ex compositione florenorum XX [viginti] patet ad introitum. A. restituta quia.

Annatae 12, f. 165r.

131.

Die XXVI eiusdem [= 26 Octobris 1461] Nicolaus Iohannis cubicularius domini nostri ut principalis se obligavit camere super annat. prepositure ecclesie Sancti Iohannis Baptiste Quinqueecclesiensis cuius fructus etc. ducentorum florenorum auri de camera vac. per resignationem Pauli de Gloujna apud sedem factam videlicet de solvendo hic in curia infra sex menses proxime sequentes. Et coll. eidem sub dato Rome sexto Id. (del.: Se) Octobris anno quarto [= 12 Octobris 1461].

[In margine sinistro:] Quinqueecclesiensis.

Annatae 13, f. 25v.

132.

Die X eiusdem [= 10 Novembris 1461] Gundissaluus de Ffuentes⁸³ scriptor apostolicus ut principalis etc. obligavit se camere nomine Pauli Lonchewit super annat. archidiaconatus Kamercensis in ecclesia Zagrabiensi necnon canonicatus et prebende dicte ecclesie quorum omnium fructus XL [quadraginta] librarum Turonensium parvarum etc. vac. per resignationem (del.: dicti) Pauli de Capolza extra curiam fiendam et coll. eidem sub dato Rome quarto Kal. Novembris anno quarto [= 29 Octobris 1461].

[In margine sinistro:] Zagrabiensis.

[In margine dextro:] Dicta die solvit ex compositione florenorum XV [quindecim] patet ad introitum. A. restituta quia.

Annatae 13, f. 32v.

Reg.: Érdújhelyi p. 31, n. 1 (Zonthai Pál, Fretesi Gundiszalvo); cf. ibid. p. 9, n. 36.

⁸³ Cler. Cam. Ap. (cf.: Frenz n. 892).

133.

Dicta die [= 4 Maii 1462] (del.: Georgius) Gundissaluus de Ffuentes⁸⁴ scriptor apostolicus ut principalis etc. obligavit se camere nomine reverendi patris Ladislai electi Neupuliensis (recte: Neapolitanensis) super annat. prepositione Misliensis ac canonicatus et prebende Agriensis ecclesie quorum fructus non exprimuntur. Quos antea obtinebat et quos per promotionem suam ad ecclesiam Neupuliensem decernitur non vac. etc. Sub dato (del.: Rome) Tibure XVII Kal. Septembbris anno tertio [= 16 Augusti 1461].

[In margine sinistro:] Misliensis. Agriensis.

[In margine dextro:] Dicta die solvit ex compositione florenorum XXVIII [undeviginti]. A. restituta quia.

Annatae 13, f. 119v.

Reg.: Érdújhelyi p. 31, n. 2 (László nicápolyi választott püspök!). — Theiner II, p. 365, n. DL (bulla).

134.

Die X eiusdem [= 10 Maii 1463] una bulla pro universis decanis, et plebanis ac rectoribus parochialium ecclesiarum in territoriis decanatum⁸⁵ de Medies, Schelk, Pistricia, Kyzd, Kozd, Schebes, Pluvia, Karalia, Kukelen, Regen, Brasio Transilvaniensis diocesis consistentibus super licentia ut non obstante prohibitione archiepiscopi Transilvaniensis [sic] possint libere testare prout de iure communi et antea faciebant etc. Sub dato Rome pridie Kal. Maii anno quinto [= 30 Aprilis 1463].

[In margine sinistro:] Transilvaniensis.

Annatae 14, f. 292v.

135.

Dicta die [= 19 Ianuarii 1464] Iohannes Plattner presbyter Iauriensis dioecesis familiaris domini nostri pape principalis obligavit se camere super facultate resignandi simpliciter vel ex causa permutationis omnia beneficia ecclesiastica que obtinet et in posterum obtinebit videlicet de certificando cameram de noninibus et cognominibus beneficiorum ipsorum et personarum quibus collatio queritur ac eorum valoris et cetera iuxta tenorem bulle. Sub dato Tibure pridie Non. Augusti anno quinto [= 4 Augusti 1463].

[In margine sinistro:] Facultas resignandi Iauriensis.

Annatae 14, f. 243r.

⁸⁴ Cf.: N. 132.

⁸⁵ Cf.: Zimmermann, Franz—Werner, Karl—Müller, Georg: Urkundenbuch zur Geschichte der Deutschen in Siebenbürgen. Bd. I-III. Hermannstadt 1892-1902.; III. 291; Medies: III 733; Schelk: III 749; Pistricia: III 699, 745; Kyzd: III 705; Kozd: III 708; Schebes: III 749; Pluvia, Regen: III 745-746; Karalia: III 702, 705; Kukelen: I 561, II 683; Brasio: III 760.

136.

Dicta die [= 16 Octobris 1464] una bulla in forma huius libri pro Iohanne Iohannis super reintegratione possessionis prepositure ecclesie Bachiensis a qua fuit spoliatus cum commissione ad partes. Sub dato Rome septimo Kal. Octobris anno primo [= 26 Septembris 1464].

[In margine sinistro:] Bachiensis.

Annatae 16, f. 191r.

Reg.: Érdühelyi p. 32, n. 5 (Jánosfi János). — Cf.: N. 124.

137.

Dicta die [= 27 Maii 1465] Lucas Sigismundi clericus Strigoniensis dioecesis in artibus magister principalis obligavit se camere apostolice super annat. archidiaconatus Hontensis in ecclesia Strigoniensi cuius fructus etc. duodecim marcharum argenti com. ex. vac. per obitum quondam Conradi⁸⁶ illius ultimi possessoris extra Romanam curiam defuncti etc. mandatur sibi conferri sub dato Rome quartodecimo Kal. Aprilis pontificatus etc. anno primo [= 19 Martii 1465].

Et promisit solvere annatam hic in curia infra sex menses proxime sequentes sub penis camere in meliori forma etc. Restituta de mandato domini thesaurarii quia docuit de intruso per testes.

Die II^a [secunda] Maii 1466 dictus Lucas obtinuit prorogationem admissionis de camera ad solvendam annatam dicti archidiaconatus usque ad habitam possessionem eiusdem et per sex menses post tunc immediate sequentes, quia pendet lis in curia et produxit litis pendentiam etc. domino Falcone⁸⁷ referente cum absolutione ad cauthelam etc.

[In margine sinistro:] Strigoniensis.

Annatae 16, f. 122v.

Reg.: Érdühelyi p. 31, n. 4 (Zsigmondi Lukács); cf.: Kollányi p. 108 (Lukács, Zsigmondia). — Cf.: N. 139.

138.

Dicta die [= 3 Martii 1466] (del.: Antonius Michaelis) Matheus Sass Camere apostolice notarius⁸⁸ ut principalis obligavit se camere apostolice nomine Antonii Michaelis ordinis fratrum minorum professoris super annat. monasterii Sanctorum Petri et Pauli apostolorum in Felduar ordinis Sancti Benedicti Quinqueecclesiensis diocesis cuius fructus decem marcharum argenti com. ex. vac. per obitum quondam Andree ipsius monasterii extra Romanam curiam defuncti, et mandatur sibi provideri. Sub dato Rome undecimo Kal. Martii anno secundo [= 19 Februarii 1466].

[In margine sinistro:] Quinqueecclesiensis.

⁸⁶ Prágai Konrád (cf.: Kollányi 95).

⁸⁷ Falco de Sinibaldis cler. Cam. Ap. (cf.: Frenz n. 649).

⁸⁸ Cf.: Frenz n. 1639.

[In margine dextro:] Dicta die solvit pro annata florenorum XXV [viginti quinque] patet ad introitum per manus domini Ludovici de Sancto Geminiano.⁸⁹ Restituta quia Bartholomeus Regas.⁹⁰

Annatae 17, f. 65r.

Reg.: Érdujhelyi p. 32, n. 6 (Sass Máté, Mihályfi Antal földvári apát); ibid. p. 14, n. 79.

139.

Dicta die [= 8 Augusti 1466] dominus Lucas Sigismundi canonicus Strigonensis in artibus magister principalis obligavit se camere apostolice super annat. archidiaconatus Hontensis in ecclesia Strigoniensi cuius fructus sexdecim marcarum argenti com. ex. vac. per cessionem commende fratris Valentini de Capus minoris penitentiarii super concessionis gratia sibi de archidiaconatu huiusmodi facta illius per eum possessionem non habitam apud sedem apostolicam factam narratur intrusus in bulla. Etc. mandatur provideri dicto Luce de dicto archidiaconatu. Sub dato Rome duodecimo Kal. Iulii anno primo [= 20 Iunii 1465].

Et promisit solvere annatam dicti archidiaconatus hic in curia infra sex menses immediate a die habite possessionis computandos sub penis dicte camere. Restituta de mandato dominorum, quia narratur intrusus in bulla etc.

[In margine sinistro:] Strigoniensis.

Annatae 17, f. 153r.

Theiner II, p. 403, n. DLXXVIII (bulla). — MREV III, p. 178, n. CCXCI (suppl. 21 Maii 1465, Kaposi Bálint). — Cf.: Érdujhelyi p. 16, n. 87; Kollányi p. 106 (Kapus Bálint O. S. P. P. E.). — Cf.: N. 137.

140.

Dicta die [= 2 Maii 1470] dominus Elias Iohannis presbyter Sagrabiensis diocesis (del.: pro fructibus de facto) principalis obligavit se camere apostolice pro fructibus de facto per eum perceptis per decem septem [sic] menses ex parochialibus ecclesiis Sancti Georgii de Superiori Towitza et Sancti Petri de Petrowina dictae Sagrabiensis diocesis quarum fructus viginti quatuor librarum Turonenium parvarum com. ex. quas detinuit per dictos XVII [septendecim] menses de facto fructus percipiens ex eisdem et mandato provideri dicto Elie de dicta parochiali ecclesia. Sub dato Rome decimo Kal. Aprilis anno quinto [= 23 Martii 1469].

[In margine sinistro:] Sagrabiensis.

[In margine dextro:] Dicta die solvit pro compositione dictorum fructuum male perceptorum ex dictis ecclesiis florenorum XXII [vigintiduorum] per manus suas. Patet libro XII^o [duodecimo] introitus folio [...].

Annatae 18, f. 110v.

Cf.: Czaich I, p. 4 (Illés zágrábmegyei pap).

⁸⁹ Cf.: N. 147. Scriptor litt. ap. Cancellariae Ap. (cf.: Frenz n. 1551).

⁹⁰ Cler. Cam. Ap. (cf.: Frenz n. 368).

141.

Dicta die [= 12 Februarii 1471] dominus Michael de Sancto canonicus Budensis illustrissime domine Elisabeth serenissimi domini regis⁹¹ Ungarie matris capellanus ut principalis et privata persona obligavit se camere apostolice nomine futuri rectoris parochialis ecclesie sub vocabulo Sancti Mathie apostoli in oppido Viuaras Agriensis diocesis noviter fundande et erigende pro annat. nonnullarum decimarum in certis locis incultis dicti oppidi, que decime mandatur uniri perpetuo dicte parochialis ecclesie Sancti Mathie patet per bullam. Sub dato Rome undecimo Kal. Septembbris anno sexto [= 22 Augusti 1470].

Et promisit solvere annatam dictarum uniendarum decimarum eidem camere hic in curia infra sex menses immediate postquam dicta unio sortietur effectum computandos sub penis dicte camere in meliori forma. Et iuravit etc. eam quo dicte decime descendant summam etc. Et etiam promisit certificare eandem cameram infradicatum tempus dictorum sex mensium de vero valore dictarum decimarum uniendarum etc. Restituta de mandato domini mensarii⁹² etc.

[In margine sinistro:] Agriensis.

Annatae 19, f. 83r.

Reg.: MREV III, p. 209, n. CCCXXXIV (in oppido Vinaras); Érdujhelyi p. 32, n. 7 (Szent Mihály; Erzsébet, Mátyás magyar király anyja; Vinaras). — Theiner II, p. 414, n. DLXXXVIII (bulla, Vivaras). — Cf.: MREV III, p. 203, n. CCXXIV (bulla, Erzsébet királyné, egrí egyházmegyében emelt újvárosi plébánia, Vivaras).

142.

Dicta die [= 26 Aprilis 1471] reverendus pater dominus Benedictus electus Nicopolitanus⁹³ principalis et dominus Georgius Policarpus⁹⁴ litterarum apostolicarum scriptor ut principalis et privata persona nomine dicti electi dictis nominibus obligarunt se camere apostolice pro annat. canonicatus et prebende ecclesie Agriensis et unius altaris in eadem quorum insimul fructus ducentorum florenorum auri de camera com. ex. que canonicatus et prebende ac altare huiusmodi dictus electus possidebat prout possidet ante promotionem suam queque canonicatus et prebenda ac altare commendatur dicto domino electo. Sub dato Rome octavo Id. Aprilis anno septimo [= 6 Aprilis 1471].

Et promiserunt solvere annatas et promiserunt solvere annatas [sic] dictorum beneficiorum eidem camere hic in curia infra sex menses proxime et immediate sequentes sub penis dicte camere in meliori forma etc. iuraverunt.

Restituta sub huiusmodi obligatione dicto mandato omnium dominorum camere ex domino Andrea⁹⁵ referente etc.

[In margine sinistro:] Agriensis.

Annatae 19, f. 124r.

Reg.: Érdujhelyi p. 32, n. 8 (Benedek nikápolyi felszentelt püspök).

⁹¹ Matthie

⁹² Bartholomeus Regas (cf.: N. 138.).

⁹³ Benedictus de Martiali (cf.: Eubel II, 223).

⁹⁴ Georgius Policarpus de Kostolan (cf.: MREV III, p. 218, n. CCCXLVIII; Frenz n. 853).

⁹⁵ Andreas de Spiritibus de Viterbio cler. Cam. Ap. (cf.: Frenz n. 154).

143.

Die III^a eiusdem mensis Septembris 1471 [= 4 Septembris 1471] una bulla pro reverendo patre domino Vincentio episcopo Waciensi super absolutione a censuris et dispensatione ab irregulitate et habilitatione et in facultate regendi et gubernandi ecclesiam Waciensem in spiritualibus et temporalibus, quia pro defensionibus ecclesiarum obsessarum pluries in bellis interfuit contra Turchos et hereticos Boemos in quibus fuerunt facte mutilationes, cedes et homicidia quia pluria facta fuerunt, patet per bullam domini Pauli. Sub dato Rome decimo Kal. Iulii anno septimo [= 22 Iunii 1471].

Restituta de mandato quia dominorum camere absque solutione, domino Luca⁹⁶ mensario referente.

[In margine sinistro:] Waciensis. Absolutio.

Annatae 21, f. 159v.

Theiner II, p. 423, n. DCIV (bulla).

144.

Dicta die [= 12 Februarii 1472] una bulla pro Nicolao Bodo preposito ecclesie Beate Marie Virginis Albaregalis Wesprimiensis diocesis super confirmatione certe concessionis et donationis alias facta cuidam capelle ad honorem Beate Marie Magdalene et Egyptiace ac Beate Affre in dicta ecclesia site etc. Patet per bullam sub dato Rome quinto Id. Octobris anno primo [= 11 Octobris 1471].

Restituta de mandato. Restituta de mandato [sic] quia domini mensarii⁹⁷ etc.

[In margine sinistro:] Wesprimiensis.

Annatae 21, f. 186v.

Reg.: MREV III, p. 218, n. CCCXLVI. — MREV III, p. 199, n. CCCXVIII (suppl.). — Cf.: Érdújhelyi p. 32, n. 9 (Bodó Miklós).

145.

Dicta die [= 21 Februarii 1472] una (del.: par) bulla pro domino Petro Ambrosii rectore plebanie Saxardiensis Quinqueecclesiensis diocesis super dispensatione a presbitericidio cum facultate retinendi dictam plebaniam valoris LX [sexaginta] florenorum de camera ac alia beneficia si sibi canonice conferantur. Patet per bullam sub dato Rome octavo Kal. Septembris anno primo [= 25 Augusti 1471].

Restituta de mandato quia iuravit post perpetratum crimen nullos fructus perceperisse etc.

[In margine sinistro:] Quinqueecclesiensis.

Annatae 21, f. 189v.

Reg.: Érdújhelyi p. 32, n. 10 (Ambrusfi Péter).

⁹⁶ Lucas de Senis cler. Cam. Ap. (cf.: Frenz n. 1523).

⁹⁷ Andreas de Spiritibus de Viterbio (cf.: N. 142.).

146.

Die predicta [= 13 Maii 1472] una bulla pro domino Gallo de Wyfaw custode et canonico ecclesie Wesprimiensis super unione altaris sanctorum Andree apostoli, Andree et Benedicti martyrum, Nicolai et Galli confessorum necnon Beate Marie Magdalene sitorum in dicta ecclesia Wesprimensi facienda canonicatui et prebende et custodie dicte ecclesie per dictum Gallum obtentos cuius altaris fructus nulli sunt quia beneficia insimul mandantur uniri. Patet per bullam sub dato Rome decimo Kal. Februarii anno primo [= 23 Ianuarii 1472].

Restituta mandato domini Falconis⁹⁸ etc. Gratis pro domino regenti cancellariam.

[In margine sinistro:] Wesprimiensis.

Annatae 21, f. 211r.

Reg.: MREV III, p. 220, n. CCCL. — MREV III, 200, n. CCCXIX (suppl. 23 Iunii 1470, Ujfalvi Gál, Gallus de Uyfalow). — Cf.: Érdújhelyi p. 32, n. 11 (Ujfalussy Gál).

147.

Dicta die [= 16 Martii 1474] honorabilis vir dominus Ludovicus de Sancto Geminiano litterarum apostolicarum scriptor⁹⁹ ut principalis et privata persona persona [sic] obligavit se camere apostolice nomine reverendi patris domini Blasii electi Bodoniensis¹⁰⁰ pro annat. pensionis annue ducentorum florenorum auri Ungaricalium eidem domino electo apostolica auctoritate assignatorum super fructibus mense episcopalis Iauriensis de consensu reverendi patris domini Demetrii episcopii¹⁰¹ et capitulo ecclesie Iauriensis. Patet per bullas [sic] sub dato Rome octavo Kal. Septembris anno primo [= 25 Augusti 1471]. In forma rationi congruit.

[In margine sinistro:] Iauriensis.

[In margine dextro:] Dicta die solvit pro compositione dicte pensionis annatam florenorum LXXXXX [nonaginta] per manus dicti domini Ludovici patet per cedulam domini depositarii. Restituta quia Introitus patet libro 3 item folio 59.

Annatae 23, f. 45v.

Reg.: Érdújhelyi p. 32, n. 13 (Balázs segédpüspök).

148.

Die XXIIII eiusdem mensis Martii [= 24 Martii 1474] Gallus Martini de Zepnicza presbiter Zagrabiensis diocesis principalis obligavit se camere apostolice pro annat. canonicatus et prebende ecclesie Sagabriensis quorum fructus triginta librarum Turonensium parvarum com. ex. vac. per obitum quondam Petri de Nova olim ipsius ecclesie canonici extra Romanam curiam defuncti. Et manda-

⁹⁸ Falco de Sinibaldis (cf.: N. 137.).

⁹⁹ Cf.: N. 138.

¹⁰⁰ O. P. (cf.: Eubel II, 121).

¹⁰¹ Demetrius Csupor (cf.: Eubel II, 185).

tur provideri dicto Gallo de dictis canonicatu et prebenda sub dato Rome quarto Non. Octobris anno tertio [= 4 Octobris 1473].

Et promisit solvere annatam dictorum canonicatus et prebende camere apostolice hic in curia infra sex menses immediate a die habite possessionis computandos sub penis camere in meliori forma etc. iuravit etc. Restituta de mandato dominorum camere quia in Ungaria etc.

[In margine sinistro:] Sagabriensis.

Annatae 23, f. 50v.

149.

Die predicta [= 17 Maii 1474] dominus Gregorius de Thobel canonicus et cantor ecclesie Bachiensis principalis obligavit se camere apostolice pro annat. canonicatus et prebende ac cantorie ecclesie Bachiensis quorum fructus centum quinquaginta florenorum auri de camera com. ex. vac. per obitum quondam Matthie de Sclavonia olim ipsius ecclesie canonici et cantoris apud sedem apostolicam defuncti. Et providetur dicto Gregorio de Thobel de dictis canonicatu et prebenda ac cantoria sub dato Rome XVII^o Kal. Iulii anno secundo [= 15 Junii 1472].

Et promisit solvere annatas dictorum canonicatus et prebende camere apostolice hic in curia infra sex menses immediate a die habite possessionis computandos sub penis camere. In meliori forma iuravit etc. Restituta de mandato quia docuit de intruso per testes.

[In margine sinistro:] Bachiensis.

Annatae 23, f. 82v.

Reg.: Érdujhelyi p. 32, n. 14 (Tholdi Gergely).

150.

Dicta die [= 3 Septembris 1474] dominus Gregorius Clementis clericus Baciensis diocesis ut principalis et privata persona obligavit se Camere apostolice nomine domini Gregorii de Giiwla presbyteri Waradiensis diocesis pro annat. monasterii Sancti Nicolai de Madolca ordinis Sancti Benedicti Quinqueecclesiensis diocesis quod de iure patronatus laici existit cuius fructus quadraginta florenorum auri de camera com. ex. vac. per obitum Georgii illius abbatis extra Romanam curiam defuncti. Et mandatur commendari dicto Gregorio (del.: de dicto) dictum monasterium sub dato Rome pridie Kal. Maii anno tertio [= 30 Aprilis 1474].

[In margine sinistro:] Quinqueecclesiensis.

[In margine dextro:] Dicta die solvit pro compositione annate dicti monasterii florenorum XVIII [duodeviginti] per manus dicti obligati patet per cedulam domini depositarii. Restituta quia Introitus patet libro 4. Item folio 14.

Annatae 23, f. 151r.

Reg.: Érdujhelyi p. 32, n. 15 (Kelemenfi Gergely, Gyulai Gergely).

151.

Die XVII^a Septembris [= 17 Septembris 1474] una bulla pro reverendo patre domino Iohanne¹⁰² archiepiscopo Strigoniensi legato nato omni qua conceditur facultas corrigendi, puniendi, visitandi et reformandi omnia monasteria sub iurisdictione sua sita et etiam eorum detentores penandi demptis provisionibus dictorum monasteriorum. Patet per bullam sub dato Rome XIII^o Kal. Augusti anno tertio [= 20 Iulii 1474].

Restituta de mandato Domini Antonii mensarii¹⁰³ etc.

[In margine sinistro:] Strigoniensis facultas.

Annatae 23, f. 235r.

Reg.: Érdújhelyi p. 33, n. 17.

152.

Die ultima dicti mensis Septembris [= 30 Septembris 1474] unum par bullarum pro reverendo patre domino Dominico Valentini¹⁰⁴ preposito ecclesie Beate Marie Virginis in Albaregali Wesprimiensis diocesis sedis apostolice prothonotario noviter recepto super dicta receptionis dicti prothonotariatus. Patet per bullam sub dato Rome septimo Id. Septembris anno quarto [= 7 Septembris 1474].

Restituta de mandato domini datarii quia est facta sibi solutio pro receptione, patet per eius cedulam etc.

[In margine sinistro:] Wesprimiensis prothonotariatus etc.

Annatae 23, f. 236v.

Reg.: MREV III, p. 229, n. CCCLXIV.

153.

Die III dicti mensis Septembris [sic; recte: *Octobris*]¹⁰⁵ [= 3 Octobris 1474] dominus Thomas de Ybaalua canonicus Strigoniensis ut principalis obligavit se camere apostolice nomine domini Dominici Valentini de Kalmanchehy archidiaconi Nowiensis [sic] (recte: Nitriensis) ad infrascriptam preposituram per dominum regem¹⁰⁶ Ungarie presentati pro annat. prepositure ecclesie Beate Marie Virginis in Albaregali sedi apostolice immediate subiecte Wesprimiensis dioecesis cuius fructus quingentorum quinguaginta florenorum auri de camera com.

¹⁰² Iohannes Peckenschlager (cf.: Eubel II, 267), Beckensloer; cf.: Fraknói Vilmos: Beckensloer magyar primás III. Frigyes német császár szolgálatában (Beckensloer primas archiepiscopus Hungariae in officio Friderici III imperatoris Germaniae) 1459–1489. Történelmi Szemle (Acta Historica) VI, 1917, 159.

¹⁰³ Antonius de Forlivio cler. Cam. Ap. (cf.: Frenz n. 204).

¹⁰⁴ Dominicus Valentini de Kalmanchehy (cf.: N. 151.).

¹⁰⁵ In parte superiori folii 163r textus annotationum sic incipit: „Mensis *Octobris* 1474 est assignatus Reverendo patri domino Bartholomeo Regas sedis apostolice prothonotario Camere apostolice clero. Die prima mensis *Octobris* 1474 . . .”. In parte infima eiusdem folii dictus mensarius ergo erronee mensem Septembris scripsit.

¹⁰⁶ Matthiam

ex. vac. per obitum quondam Nicolai Bodo olim ipsius ecclesie prepositi extra Romanam curiam defuncti. Et mandatur provideri domino Dominico de dicta prepositura sub dato Rome octavo Id. Septembris anno quarto [= 6 Septembris 1474].

[In margine sinistro:] Wesprimiensis.

[In margine dextro:] Die predicta solvit pro compositione annate dicte prepositure florenorum CCXLV [ducentorum quadraginta quinque] per manus dicti Thome. Patet per cedulam domini depositarii.

Annate 23, f. 163r.

Reg.: MREV III, p. 229, n. CCCLXIII; Érdujhelyi p. 33, n. 16 (Ibócsfalvy Tamás, Kalmanchy Bálint). — MREV IV, p. 461, n. CCCLXXXVIII (quit. 3 Octobris 1474, Kálmánchesi Domonkos). — Cf.: Kollányi p. 110 (Ibfalvai Tamás); ibid. 112 (Kálmánchesi Domonkos).

154.

Die XXVIII^a dicti mensis Novembris [= 29 Novembris 1474] dominus Lucas Sigismundi canonicus ecclesie Strigoniensis ut principalis et privata persona obligavit se camere nomine reverendi patris domini Michaelis episcopi Milchoviensis¹⁰⁷ pro annat. prepositure ecclesie Sancti Georgii de Viridi campo Strigoniensi, que inibi dignitas principalis existit cuius et annexorum suorum fructus septuaginta quinque florenorum auri Vngaricalium com. ex. vac. per obitum quondam Thome Armeni olim dicte ecclesie prepositi extra Romanam curiam defuncti. Et mandatur commendari dicto domino episcopo sub dato Rome sextodecimo Kal. Maii anno tertio [= 16 Aprilis 1474].

Et promisit solvere annatam dicte prepositure camere apostolice hic hic [sic] in curia infra sex menses immediate a die habite possessionis computandos sub penis camere in meliori forma etc. iuravit etc. Restituta de mandato quia in bulla narrat. Intrusus.

[In margine sinistro:] Strigoniensis.

Annatae 23, f. 250v.

Reg.: Érdujhelyi p. 33, n. 18 (Mihály milkói püspök). — Cf.: Kollányi p. 103 (Turoni Mihály).

155.

Dicta die [= 11 Octobris 1475] una bulla pro Cristanno Gunturman de Megyes¹⁰⁸ Transilvanensis diocesis acolito sedis apostolice super receptionem in acolitum apostolicum. Patet per bullam sub dato Rome quinto Nonas Octobris anno quinto [= 3 Octobris 1475].

Restituta de mandato domini datarii quia composuit cum datario. Et solvit iocale videlicet florenorum VI [sex].

[In margine sinistro:] Transilvanensis.

¹⁰⁷ Michael Turon (cf.: Eubel II, 211).

¹⁰⁸ Tristanus Gunterman de Megyes rect. par. eccl. de Bertalben. Transilv. dioc.; Berethalmi plébános (cf.: Czaich I, p. 13).

Annatae 24, f. 173r.

156.

Dicta die [= 10 Februarii 1476] una bulla pro Blasio Dominici de Moranchia clerico Zagabriensis diocesis super uno certo confessionali extra formam cum quibusdam concessionibus et indulxit de non promovendo. Patet per bullam sub dato Rome quinto Id. Februarii anno quinto [= 9 Februarii 1476].

Restituta de mandato etc.

[In margine sinistro:] Zagabriensis.

Annatae 24, f. 195v.

Reg.: Érdújhelyi p. 33, n. 20 (Moranchiai Balázs).

157.

Dicta die [= 28 Februarii 1476] dominus Nicolaus de Corbessos clericus Cenomanensis Romanam curiam sequens ut principalis et privata persona obligavit se camere apostolice nomine Petri Emerici archidiaconi de Kalatha in ecclesia Waradiensi pro annat. monasterii in Zenthioogh ordinis Sancti Benedicti Waradiensis diocesis cuius fructus sexaginta trium florenorum auri de camera com. ex. vac. per obitum quondam Thome Mantensis olim dicti monasterii commendatoris extra Romanam curiam. Et mandatur commendari dictum monasterium dicto Emerico [sic] sub dato Rome Id. Octobris anno quarto [= 15 Octobris 1474].

[In margine sinistro:] Waradiensis.

[In margine dextro:] Dicta die solvit pro compositione annate dicti monasterii florenorum XXVIII [viginti octo] per manus dicti Nicolai patet per cedulam domini depositarii. Restituta quia Introitus patet libro V [quinto] item folio 89.

Annatae 24, f. 94v.

Reg.: Érdújhelyi p. 33, n. 19 (Imrefi Péter halachai föesperes). Czaich I, p. 12 (bulla, Imre [sic] halachai föesperes).

158.

Die XXX dicti mensis Iulii [= 30 Iulii 1476] dominus Gregorius de Nenke canonicus Agriensis principalis obligavit se camere apostolice pro annat. archidiaconatus de Pata in ecclesia Agriensi, qui de iure patronatus domini regis¹⁰⁹ Ungarie existit, cuius fructus centum ducatorum auri de camera com. ex. vac. per obitum quondam Stephani dela Kach olim ipsius archidiaconi extra Romanam curiam. Et mandatur provideri dicto Gregorio de dicto archidiaconatu sub dato Rome decimo septimo Kal. Augusti anno quinto [= 16 Iulii 1476].

Et promisit solvere annatam dicti archidiaconatus camere apostolice hic in curia infra sex menses proxime sequentes sub penis camere apostolice. In meliori forma juravit etc. Restituta de mandato domini mensarii¹¹⁰ sub huiusmodi obligatione etc.

¹⁰⁹ Matthie

¹¹⁰ Petrus Gundissalvus de Aranda cler. Cam. Ap. (cf.: Frenz n. 1849).

[In margine sinistro:] Agriensis.

[In margine dextro:] Die XIII [quartodecimo] Iulii 1477 domini camere prorogarunt dicto domino Gregorio tempus solutionis dicte annate ad sex menses a die habite possessionis computandos a fine ultimi termini computandos quia docuit de intruso per testes etc. Domino Falcone¹¹¹ referenti Ioannes Gerones.¹¹²

Annatae 25, f. 23r.

Reg.: Érdújhelyi p. 33, n. 21 (Nenkey Gergely).— Czaich I, p. 15 (bulla, Nenkei György [sic], Lukácsi István).

159.

Dicta die [= 3 Octobris 1476] una bulla pro Matheo Michaelis ordinis fratrum minorum professore super provisione monasterii Sancti Salvatoris de Leker ordinis Sancti Benedicti Strigoniensis diocesis cuius fructus viginti quattuor florenorum auri de camera com. ex. Eidem Matheo factam per bullam domini Sixti sub dato Rome octavo Kal. Octobris anno sexto [= 24 Septembris 1476].

Restituta de mandato quia non reperitur ad introitum nec ascendit summam.

[In margine sinistro:] Strigoniensis.

Annatae 25, f. 196v.

Reg.: Érdújhelyi p. 33, n. 22 (Mihályfi Máté ferencrendű szerzetes).— Czaich I, p. 15–16 (bulla; Máté, Mihály fia, minorita).

160.

Die XXII dicti mensis Septembris 1477 [= 22 Septembris 1477] venerabilis vir dominus Iohannes Wittes prepositus ecclesie Varadiensis illustrissimi domini regis¹¹³ Ungarie in Romana curia orator ut principalis et privata persona obligavit se camere apostolice nomine reverendi patris domini Nicolai electi Sebastiensis pro annat. cantorie ecclesie Varadiensis huiusmodi et etiam plebanie de Piszeki Varadiensis diocesis quorum fructus centum librarum Turonensium parvarum com. ex. vac. per promotionem ipsius domini Nicolai electi de persona sua ecclesie Subestensi [sic] apostolica auctoritate facta et quas cantoriam et plebaniam ante eius promotionem obtinebat prout obtinet. Et commendatur eidem domino electo patet per bullam sub dato Rome Kal. Septembris anno septimo [= 1 Septembris 1477] quia fructus sunt expressi per depositionem testium etc.

[In margine sinistro:] Waradiensis. Retentio.

[In margine dextro:] Dicta die solvit pro compositione annatarum dictorum beneficiorum florenorum XLV [quadraginta quinque] per manus dicti domini Iohannis Wittes, patet per cedulam domini depositarii. Restituta quia habet, patet libro VII [septimo] item folio 43.

Annatae 26, f. 68r.

¹¹¹ Falco de Sinibaldis (cf.: N. 137.).

¹¹² Scriptor Cancellarie Ap. (cf.: Frenz n. 1257).

¹¹³ Matthie

Reg.: Érdujhelyi p. 33, n. 23 (Vitéz János váradi prépost, Miklós szebaszteri választott püspök).

161.

Dicta die [= 27 Septembris 1477] venerabilis vir dominus Iohannes Vittes prepositus ecclesie Varadiensis ut principalis et privata persona obligavit se camere apostolice nomine reverendi patris domini Iohannis electi Waradiensis¹¹⁴ pro annat. prepositure ecclesie Sancte Trinitatis Budensis de superioribus Calidis aquis nuncupate Wesprimiensis diocesis cuius fructus ducentorum viginti ducatorum auri de camera prout per testestes [sic] probavit coram dominis camere etc. quam preposituram dictus dominus electus ante dictam suam promotionem obtinebat prout obtinet. Et que sibi servatur ut una cum dicta ecclesia Waradiensi quo adiunxit retinere possit patet per bullam sub dato Rome Id. Iulii anno sexto [= 15 Iulii 1477].

[In margine sinistro:] Wesprimiensis.

[In margine dextro:] Die XXV dicti mensis [= 25 Septembris 1477] solvit pro annata dicte prepositure florenorum CX [centum decem] per manus ipsius domini Iohannis, patet per cedulam domini depositarii. Patet libro VII [septimo] item folio 44. Habuit bullam Societas De Paziis debet quittantiam et obligationem. Restituta quia habet.

Annatae 26, f. 70r.

Reg.: MREV III, p. 248, n. CCCLXXXV (24 Septembris 1477 sic!); Érdujhelyi p. 33, n. 24 (Vitéz János váradi prépost, János választott püspök). — MREV IV, p. 469, n. CCCXIV (quit., 25 Septembris 1477, Filipecz János).

162.

Die VI dicti mensis [= 6 Augusti 1478] una bulla pro priore et fratribus domus Sancte Margarite extra muros oppidi Alberegali ordinis fratrum predicatorum Vesprimiensis diocesis super unione monasterii Sancte Crucis in Wertes ordinis Sancti Benedicti Vesprimiensis diocesis cuius fructus etc. non exprimuntur sed per testes est probatum quod non valent viginti florenos auri de camera perpetuo facta dicte domui dicte Sancte Margarite per bullam in forma gratiosa sub dato Rome Id. Iulii anno septimo [= 15 Iulii 1478]. Restituta de mandato domini Antonii mensarii¹¹⁵ etc.

[In margine sinistro:] Vesprimiensis. Unio.

Die XVII Maii 1479 dictus dominus prior et fratres habuerunt unionem perinde de valere super dicto monasterio patet per bullam sub dato Rome Id. Iulii anno septimo [= 15 Iulii 1478]. Restituta de mandato.

Annatae 27, f. 212v.

Reg.: MREV III, p. 251, n. CCCXC; Érdujhelyi p. 33, n. 26. — MREV III, p. 250, n. CCCLXXXIX (suppl. Mátyás király; Vértes, bencés monostor; Fehérvári dömés monostor). — Theiner II, p. 455, n. DCXXXIX (bulla); Czaich I, p. 20 (bulla).

¹¹⁴ Iohannes de Pruisz (cf.: Eubel II, 288).

¹¹⁵ Antonius de Forlivio (cf.: N. 151.).

163.

Die predicta [= 14 Augusti 1478] una bulla pro domino Gregorio Benedicti presbytero Quinqueecclesiensis diocesis sedis apostolice accolito super absolutio-ne ab homicidio et cum retentione beneficiorum obtentorum et obtainendorum cum clausula permutandi. Patet per bullam sub dato Rome Non. Iulii anno septimo [= 7 Julii 1478].

Restituta de mandato dominorum camere. Domino Antonio mensario¹¹⁶ referente.

[In margine sinistro:] Quinqueecclesiensis.

Annatae 27, f. 213r.

Reg.: Érdujhelyi p. 34, n. 27 (Benedekfi Gergely). — Czaich I, p. 19–20 (bulla).

164.

Die XVII Martii [= 17 Martii 1479] una bulla pro reverendo patre domino Eustachio abate et conventibus monasteriorum Sancte Margarite de Garab et Sancti Nicolai de Babcha et eiusdem Sancte Margarite de Bela ordinis Sancti Benedicti invicem canonice unitorum Colocensis, Vesprimiensis et Zagabriensis diocesis quibus monasteriis perpetuo conceduntur et extenduntur omnia et singula exemptiones, privilegia, concessiones et indulta concessa congregatiōni monachorum Sancte Iustine de Padua etc. patet per bullam. Sub dato Rome sexto Kal. Novembris anno octavo [= 27 Octobris 1478].

Restituta de mandato quia est solutum iocale, ex decreto camere domino Falcone¹¹⁷ referente.

[In margine sinistro:] Vesprimiensis, Colocensis, Zagabriensis.

[In margine dextro:] Solvit iocale.

Annatae 27, f. 233v.

Reg.: MREV III, p. 255, n. CCCXCV; cf.: Érdujhelyi p. 34, n. 28 (garábi Szent Margit apátság, babocsai és bélai bencés kolostor). — MREV III, p. 252, n. CCCXCII (bulla; congregatio monachorum S. Iustine Paduane... O. S. B., conventus Sancte Margarite de Sarab et Sancti Nicolai de Babolza).

165.

Die XIII^a dicti mensis [= 13 Maii 1479] una bulla pro Michaeli Galli rectore parochialis ecclesie Sancte Crucis in Crarbarezo Sagabriensis diocesis super dispensatione ab homicidio. Patet per bullam sub dato Rome sexto Kal. Maii anno octavo [= 26 Aprilis 1479].

Restituta de mandato domini datarii¹¹⁸ etc.

[In margine sinistro:] Sagabriensis.

Annatae 28, f. 200v.

Cf.: Czaich I, p. 26 (20 Maii 1479, ecclesia S. Crucis de Crarbarza).

¹¹⁶ Antonius de Forlivio (cf.: N. 151.).

¹¹⁷ Falco de Sinibaldis (cf.: N. 137.).

¹¹⁸ Stephanus Merelli (cf.: Frenz n. 2122).

166.

Die XIII Septembris predicti [= 14 Septembris 1479] una bulla duplicata pro domino Britio Martini rectore hospitalis Beate Marie Annunciate in Monte Grencensi Sagabriensis diocesis super receptione in acolitum sedis apostolice, patet per bullam. Sub dato Rome quarto Non Maii anno sexto [= 4 Maii 1477].

Restituta de mandato quia est solutum iocale etc.

[In margine sinistro:] Sagabriensis.

Annatae 28, f. 220v.

167.

Dicta die [= 24 Ianuarii 1480] dominus Ierio de Ieronimis de Florentia institutor Societatis de Salutatis de Romana curia ut principalis et privata persona obligavit se camere apostolice nomine reverendi patris domini Georgii electi Colocensis pro annat. canonicatus et prebende, necnon prepositure ecclesie Quinqueecclesiensis quorum insimul fructus etc. centum septuaginta florenorum auri de camera com. ex. quos ante eius promotionem de persona ad ecclesiam Colocensem obtinebat prout obtinet qui eidem electo reservatur ut una cum dicta Colocensi ecclesia dictos canonicatum et prebendam ac preposituram retinere possit quoad vixerit. Patet per bullas. Sub dato Rome Kal. Februarii anno octavo [= 1 Februarii 1479].

[In margine sinistro:] Quinqueecclesiensis reservatio.

[In margine dextro:] Dicta die solvit pro compositione annatas florenorum LXXVI [septuaginta sex] per manus Societatis de Salutatis, patet per cedulam domini depositarii, patet libro VIII [nono] item folio 83.

Annatae 28, f. 144v.

Reg.: Érdújhelyi p. 34, n. 29 (György választott kalocsai érsek). — Czaich I, p. 22 (bulla, Georgius electus Colocensis; cf.: ibid.: Georgius Hando, Handó György).

168.

